ſic ieiunātibꝫ diſcipulis ⁊ orantibꝫ miſit ſpi
ritū ſctm̄ illūinantē. Sextꝰ d̄r demonuꝫ
effugatio. Mat. xvij. Hoc genꝰ demonio⸗
rū nō eijcit̄ niſi in orōne ⁊ ieiunio. Nā ſicut
fames expellit lupū de nemore: ſic ieiuniuꝫ
diabolū. Septimꝰ d̄r opeꝝ mirādoꝝ in
oībꝫ ꝑpetratio. Unde Amb. li. de ieiunio
Magna eſt ieiunij vtꝰ. Helias ieiunꝰ clau
ſit celū. ieiunꝰ filiū vidue ab inferꝭ reſuſcita
uit. ieiunꝰ pluuias depoſuit. ieiunꝰ ignē de
celo eduxit. ieiunꝰ raptꝰ eſt in ꝑadiſū. et tan
to plus meruit quanto amplius ieiunauit.
Hec ⁊ plura ibi. O ḡ chariſſimi aduerta⸗
mus q̄ bonū ē ieiunare: tā ad bona corꝑa⸗
lia q̄ ſpūalia: ad meritaq̄ grē i p̄nti ⁊ glīe
in futuro ꝓ p̄mio eterno. Rogemꝰ ḡ ⁊c̄.

Feria ſexta poſt p̄mā dn̄icā Sermo. xj.
de penitentie impedimentis tribus ⁊ reme
dijs.

Ecce ſanus fa

ctus es: iam noli peccare ne de⸗
teriꝰ tibi aliq̄d cōtingat. Ioan.
v. ⁊ in euāg. hoꝺ. Hec vba dixit chr̄s dn̄s
hoi q̄. xxxviij. annis fuerat infirmus quem
ſanauit dn̄s iuxta ꝓbaticā piſcinā int̄ mul
tos languidos iacentē. In q̄bꝫ vbis docet
oēs penitētes vt caueant a recidiuo peccat̄
poſtq̄ ſūt ꝑ pn̄iam ſanati. qꝛ ꝓpt̄ ingratitu⸗
dinē grauiorē penā demerent̄ recidiuātes: vt
accipit̄ ex ipſ' vbis chr̄i i euāg. iō Ecci. xxj.
Fili peccaſti: ne adijcias iterū. ſed ꝺ p̄ſtinis
dep̄care vt dimittant̄. Qꝺ pt eſſe aliꝺ the
ma. Et q̄ aūt diabolus multos ſolet ipe⸗
dire ⁊ retrahere a pn̄ia varijs modis ⁊ ipe
dimētꝭ: iō in h̄ ſmōe agemꝰ de tribꝫ ipedi⸗
mētꝭ q̄bꝫ ꝑmaxime ſolet retrahere mltos a
pn̄ia. ⁊ ſic tria myſteria notabiꝰ r̄media ap
Primū d̄r error ſeductōis. (plicādo.
Scꝺm d̄r timor ſatiſfactiōis.
Tertiū d̄r fauor exēplificatiōis.

H Circa primum de errore ſeductiōis Aduertēdū eſt: ꝙ diabolus ſeducit mentes hoim multoꝝ ꝑ errorē vanū de p̄deſtinatiōe diuina ⁊ recidiuatōe in pctī̄ ꝯſuetudinarie. Nā multi diabolico inſtinctu ſeducti dicūt ſic. Quare debeo penitere cum deꝰ me p̄ordinauit vel ad vitam: vel ad dānationez. nec pōt aliter fieri ꝙ̄ ꝓut deꝰ p̄uidit. ideo ſi ſum ordinatꝰ ad vitam eternā: dabit deꝰ grām penitēdi qñ vult: ſaltē in hora mortꝫ. Si aūt ſum d̄ numero reproboꝝ: vtiq̄ finalit̄ dānabor. ideo fruſtra pniam nūc ago: cū ꝗ̄ finaliter ſim caſurus. Itē q2 inquit tales etiam ſic. Ego ſcio ex cōſuetudine mea ꝙ nō poſſum cauere a recidiuo pcti. quia adeo aſſuetus ſum ꝙ ꝯcupiſcentia mala ſtatim vincet me: nōne ḡ meliꝰ eſt mihi nō penitere ꝙ̄ poſt penitentiā recidiuando grauiꝰ ſcꝫ dānari: iuxta illud p̄miſſum in themate dictū chr̄i. Ne tibi deteriꝰ ꝯtingat ⁊c̄. Sed ad hec repellēda ꝓ remedio ſunt cōſideratōes tres. Prima ex dei ordinatiōe. qa diuina p̄deſtinatio ita eſt a deo p̄diſpoſita vt electi ad eam nō niſi merēdo. ſ. ꝑ pniam ⁊ opa ac p̄cibus ꝑueniant: vt dicit Greg. xxiij. q. iiij. c. Obtineri. Vñ cōſidera ꝙ in preordinatiōe dei due ſunt ſentētie late vel p̄uiſe. Vna ꝙ peccator ſi penituerit ſaluetur. Alia ꝙ ſi pctōr nō penituerit dānet̄. Stultꝰ eſt ḡ q̄ ſniam mortis extreme dānatiōis cū nunc poſſet: non vult mutare penitēdo. ſ. in ſniam vite eterne ⁊ ſalutꝫ. Nam ibidē Augꝰ d̄t. Nouit deus mutare ſniam. ſ. damnationis ſi tu noueris mutare delictū. Ad id exēplū ponit̄ ſm eundē Aug. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. §. Itē q̄ ꝑ ꝓpherā. ꝙ ſicut ſcimus neminē vltra terminū ſibi a deo prefixū eſſe victuꝝ: tñ ſi cōtingat languor: oībꝫ languētibꝫ nō incōgrue medicinā exhibemus: ita lꝫ ſcimus ꝙ ſoli p̄deſtinati ſaluantur: tñ omnibꝫ peccātibꝫ adhibenda ē correctio ⁊ pnia. Et ſic patꝫ ꝙ hō debet deponere tale errorē diabolicum ⁊ feſtināter penitere. Scda conſideratio de pnie accelerate valore. qa quanto quis feſtinat (pluries etiam cadens) reſurgere pluries: tanto ex hoc diabolus debilitat̄ ne hominē illuꝫ ſubiectū tenere poſſit in ſeruum ꝑpetuum: tanto etiam magis deus ꝓuocatur vt confortet illum ꝑ gratiam ſuam: et tāto plus iuſtificat̄ ſaltē in hora mortꝫ ex habitu penitētie crebre adq̄ſito. Vñ Hiero. ad Ruſticū mona. de pe. diſt. iij. §. ꝙ aūt. d̄t. Septies cadit iuſtus ⁊ reſurgit. Si cadit quō iuſtus. ſi iuſtus quō cadit: Sed iuſti vocabulū nō amittit q̄ ꝑ pniam ſemꝑ reſurgit. Et nō ſolum ſepties ſed ſeptuagieſſepties delinq̄nti ſi cōuertat̄ ad pniaꝫ pctā donantur. Hec ibi. O ḡ pctōr r̄ſurgere feſtina q̄tiens cadis. Tertia conſideratio de ꝑiculoſa in pctō manſione et cōſuetudinis aſſidua aggrauatiōe. qa q̄ſquis q̄nto pluries et quotiēs peccat: tanto ſibi penas plures accumulat. Vñ Job. xx. Pluet dñs ſuper eos vim furoris ſui Gloſa dicit Quot ſūt gutte in pluuia: tot dabit dñs ipſo tormēta. ſ. iuxta oīa ⁊ ſingl'a opera eius. Reuera ſtultꝰ eſt q̄ ſibi q̄tidie vellet augere cruciatꝰ Et de h̄ exemplū ponemꝰ in fine huiꝰ ſermonis. H Sed di. Tamen ſcriptura exp̄ſſe dicit. ij. Pet̄. ij. ꝙ refugientes coinq̄nationes. ſ. pctōꝝ: his rurſum implicati: facta ſunt eis poſteriora (inq̄t) deteriora p̄oribus. Et ſequit̄. Meliꝰ eñi erat illis nō cognoſcere viā iuſticie ꝙ̄ poſt agnitionē retrorſum conuerti ab eo qd̄ traditū eſt ſctō mādato Hec ibi. Videtur ergo melius homini ſtare in peccato ꝙ̄ penitere: niſi ſic peniteret ꝙ poſtea nō recidiuet in pctī̄. q2 ingratitudo aggrauat pctī̄ recidiuātꝫ. Sed cū ſciam me ex cōſuetudine recidiuare: quare debeo penitere: Ad hoc reſpondet̄ ſm ſententiā Scoti in. iiij. diſt. xxij. alioſq̄: ꝙ nō eſt ꝓpterea in pctīs manendū. ſed meliꝰ eſt ſepius reſurgere. qa ꝯ̄uis pctī̄ ſubſequēs in recidiuante ſit grauiori pena puniendū ꝓpter ingratitudinē reſpectu peccati prius comiſſi. Et hoc mō intelligēdū eſt ꝙ poſteriora facta ſunt deteriora p̄oribus peccatis compando ad inuicem ipſa peccata. nihilominus tamen peius eſt in peccatꝫ ſtare rōnibꝫ ſupradictꝫ in reſpectu quo ad homiēꝫ penitentē. nec cōſurgit etiam ſemꝑ tātꝰ reatus ex ingratitudine recidiuatōis quantus fuit reatꝰ p̄teritoꝝ pctōꝝ: vt patet ꝑ Sco. ſupra. Vñ autoritas Petri p̄dicta intelligēda eſt faciēdo cōpationē pcti poſterioris ad peccatum prius in eodeꝫ genere peccati vel ſpecie: ⁊ nō q̄ ad hois ſtatū. q2 meliꝰ eſt cognoſcere viā iuſticie ꝑ fidē ⁊ penitentiam ꝙ̄ oino nō cognoſcere. ⁊ melius eſt ex luto pcti crebro exurgere ꝙ̄ in ipō ꝯtinuo iacere. Vñ Chryſ. de cōpūctiōe d̄t. ꝙ humanuꝫ eſt peccare: ſed diabolicū eſt in pctō ꝑſeuerare. Et ſic patꝫ. O ḡ pctōr: o peccatrix noli negligere: noli in pctō dormitare: ſed feſtina celerius reſurgere vt poſſis dānationeꝫ ꝑpetuā euadere. I

Circa ſecundū de timore ſatiſfactiōis. Nā multi errore diabolico decepti dicūt. Ego nō poſſū d̄ pctis ſatiſfacere tāto labore q̄ deberē cū ſint pctā mea mlt'a ⁊ magna: ⁊ ſic iuxta pš. Illic trepidauerūt timore vbi nō ē timor. Sil'es leonibꝫ q̄ vt d̄r timēt gallū albū eo ꝙ putāt ī eo eē q̄ndā lapidē noīe albeſton. Et ſil'es etiā elephātis q̄ timēt mures: vt hec patēt in hexameron Amb. ſicq̄ tales nō penitēt. Sꝫ ꝯ hmōi remedia ſūt ꝯſideratiōes triplices Prima ꝯſideratio d̄r penitētialis facilitatꝫ Nā ſi q̄rat̄: vtꝝ poſſit hō facilit̄ ꝑ pniaꝫ de oībꝫ pctis ſatiſfacere. Rñdet̄ ſm Tho. in iiij. diſt. xv. ꝙ pius deus nō exigit ab homine pctōre equiualens vel equale: hoc eſt vt quantū malū ꝑ pctī̄ nocuit ⁊ quātū bonū ꝑdidit: intantū ſatiſfaciat. quia hoc eſt impoſſibile. Vñ phs. viij. ethicoꝝ. dicit. ꝙ in his honoribꝫ q̄ ſunt ad deuꝫ. ⁊ ad parētes nō tenet̄ homo ad equiualens: ſed ad poſſibile. Vñ nō exigit deus in penitētia ab homine niſi ꝙ eſt ſm ſuā poſſibilitatem. q2 ad impoſſibile nemo obligat̄. ff. de regulis iuris. l. impoſſibiliū. Ideoq̄ hō ꝯ̄tūcūq̄ ſit magnꝰ pctōr poterit faciliter ſatiſfacere faciēdo qd̄ in ſe eſt ⁊ quātū pōt: ⁊ virtus paſſiōis chr̄i ſupplet qd̄ deeſt. Nā Bern. dicit ꝙ vna gutta ſanguinis chr̄i p̄ponderat̄ ſuper oīa pctā totius mundi. Secūda ꝯſideratio dicit̄ penalis modicitatis: Nam ſi bene aduertimus oīs pena p̄ntis vite modica eſt: ⁊ quaſi nihil reſpectu pene future: vt dicit Augꝰ. ſicut extrahere capillū vnuꝫ de capite minimus dolor eſt reſpectu crurifragij aut aſſationis. Tertia ꝯſideratio ꝯſolabilis ſuauitatis. q2 deus magna ꝯſolatione delectationē infundit penitentibus ſicut ꝓmiſit chr̄s Matth. xj. dicēs. Venite ad me oēs q̄ laboratis ſcꝫ in mūdialibꝫ. ⁊ onerati eſtis ſcꝫ pctis ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugum meū ſuꝑ vos ſcꝫ iugū penitētie. Iugū eñi meū ſuaue eſt ⁊ onus meū leue. Chryſ. dicit. O hō penitentiā times: nihil in ea durū eſt: ſed delectationē habet: cum guſtaueris tunc ꝑſenties ꝙ̄ ſuauis eſt ſapor eius. K

Circa tertiū de fauore exēplificatiōis. Nā multos retinet ⁊ impedit a penitētia fauor exēpli multoꝝ q̄s vident tā cleros ꝙ̄ ſeculares maiores ⁊ minores hominū per abrupta viciorum currere: ⁊ dicunt. Si illis licꝫ quare non mihi: Si illi ſperant ſaluari quare ego damnabor: ⁊ ſic exemplo illorum a penitentia retrahuntur. Sed ad hec repellenda notemus tria remedia ꝯſiderationis. Prima conſideratio de multoꝝ damnatiōe. q2 vt chr̄s dicit Matth. vij. Lata via que ducit ad perditionē: multi ambulant ꝑ eā. Vñ ſi tu vides multos currere ad dānationē: non debes poſt eos currere ad igneꝫ gehenne: ſed teipm̄ ſaluare. Sicut ſtultus eſſet q̄ vidēs ꝙ alij occidūt ſe p̄cipitādo in ignē: ipe ſimiliter faceret. L Secunda de infernali ardore. Nā ſi querat̄. vtrum quāto plures erūt in inferno: tāto dānati habeant ampliorem ꝯſolationē ex multitudine ſocietatis iuxta illud ꝓuerbiū cōmune. Gaudium eſt miſeris ſocios habere penaruꝫ. Ad hec rñdet. Aug. omel'. de penitētia. ⁊ habet̄. ij. q. j. ca. multi. Vbi dicit ſic. Non querant homines ſibi comites ad ſupplicia nec gaudeant. quia plures inueniūt ſibi ſimiles in culpa. Nam non ꝓpterea minus ardebunt q2 cum multis ardebūt. Hec ibi. Et ſic in damnatis fallit ꝓuerbiū ſuꝑdictū: vt dic̄ Aureolus. Tertia ꝯſideratio de chr̄i paſſione. Nam ideo chr̄s ꝓ nobis ſanguinē fudit dolores ſuſtinuit: crucem baiulauit: ⁊ in ea mortuus eſt: vt nobis exemplum ⁊ incitamentum daret penitentie. ſequamur ergo chr̄m plus ꝙ̄ alios. Exemplū ad ſuꝑdicta ꝓ finali ponamus ex vitaſpatrū de ſctō Arſenio: q̄ orauit vt ſibi opera hominū reuelaret deus. Tūc apparuit angelus dicēs: Egredere de cella. Egreſſus vidit ethiopem ligna cedentē ⁊ facientē ſarcinā gran-

dē quā tentabat leuare nec poterat. Et ille
iterū plura ligna cedens ſupaddebat. iterū
tentabat leuare. Et tādiu plura ſupaddi/
dit q corruit ꝛ oppſſus eſt ſub onere. Uñ
angel⁹ expoſuit Arſenio dicēs. Sic faciūt
pctōres pctā pctis accumulādo: ꝛ ſic penaſ
inferni augēdo ſibi. Itez vidit aliū ſtantē
ſup lacū ꝛ aquā hauriēdo fūdentē in cana/
le pforatū ſubt⁹ ꝛ effluebat aq̄: ꝛ cū vellet
vas illō iplere ſic: nō poterat. Et angelus
ait. Sic ſunt multi q̄ licz bona operenť: tñ
q: a malo nō deſiſtūt vere penitēdo euacu/
ant merita. Hec ſufficiāt. Rogemus ḡ do
minum ieſum vt det ꝛc.

Sabbato poſt primā dominicam Ser
mo. xij. de alijs impedimentis penitentie ꝛ
remedijs.

a Udiētes di/
ſcipuli ceciderūt in faciē ſuam ꝛ
timuerūt valde Matth. xvij. ꝛ
in euāgelio hodierno. Sicut dicit Remi/
gius dñs ieſus gloriā ſue claritatis in trāſ/
figuratiōe oſtenſurus duxit illos in montē
excelſuz ſeorſum vt ſignificaret q q̄ volunt
chr̄m i glīa celeſti videre nō debēt ſtare in
infimis vicioſis voluptatib⁹ mūdi: ſed amo
re ſupernorum erigantur ad celeſtes mon/
tes p penitentiā ꝛ virtutes. Uñ ꝛ in hui⁹
myſteriū quādo diſcipuli viderunt ibi glo/
riā transfigurationis: audiētes vocē dei pa
tris chr̄o ſuo filio teſtimoniū perhibentis:
mox ceciderūt in faciem ſuam. q: ſancti pe/
nitentes ꝛ deum timentes in faciem cadere
dicuntur: quaſi ſi ante deum ad penitentiā
faciendam proſternentes: ſed impij retror/
ſum fugientes deum: p pctm̄ cadūt in infer
num. Hec ſm Remigium. Et nos ḡ cha/
riſſimi vere penitēdo audiamus chr̄m deū
q patrē vocantē ad penitentiā ꝛ pſternam
mur cadētes in faciē ne in morte cadamus
in infernū impenitētes: ideo dicit euāgeliū
q audientes diſcipuli ꝛc. Itaq̄ de alijs
adhuc impedimētis penitētie pſequendo
cū remedijs tria myſteria in h̄ ſmone poſt
p̄dicta declarabimus.
Primū dr̄ impedimentū pudoris.
Scdm dicit pſumptionis.
Tertiū dicit deſperationis. M

Circa primū de pudo/
re penitēdi. Nā plurimi ꝯfūdūť pudore: ve
recūdātes penitere ꝛ ꝯfiteri pctā: ꝛ ſic retra
hunť a pnia. Tales ſūt pcipue ſupbi ꝛ hy/
pocrite q̄ volūt videri boni cū ſint oī ſpurci
cia pleni. ꝛ ſic verecūdāť veracit ꝯfiteri vel
ſe hūiliare ad pniaz. Uñ de pe. di. iij. §. inť
hec hircū. dr̄. Adamāti⁹. Pigra ꝛ verecun
da eſt pnia q̄ pñtiū pudore p̄miť. Glo. i. re
p̄miť. Itē ſūt heu mlťi q̄ omittūt facere pe
nitētiā ꝛ alia bona ne irrideanť a malis vel
alijs hoīb⁹. Certū ē em̄ q diſplicet mal' vi
ta bonoꝝ. Prouer. xxix. Abominanť impij
eos q̄ i recta via ſť. verūtñ valde fatui ſūt q̄
ne irrideanť a mal': ꝓpterea in malo pſeue
rāt: nec pniam aggredi curāt. Uñ tales p
remedio aīe tria debēt ꝯſiderare.
Primo aſſimilationē exemplarē.
Scdo rōnem naturalē.
Tertio futurā ꝯfuſionē finalē.
Primo inq̄ aſſimilationē exēplarē. Nā tu
hō qñ pcipis q mali vel quicq̄ hoīes irri/
dēt te p eo q bonitatē facis: ꝯſidera q ſile
eſt h̄ acſi ceci irriderēt eū q̄ bene videt: aut
claudi irriderēt eos q̄ recte ambulāt: aut ſi
laceratis veſtib⁹ induti irriderent eos q̄ re/
gio habitu fulgēt: aut in ſtercore iacentes
irriderēt eos q̄ mūdos ſe a ſtercoꝝ feditati
bus ſeruauerūt vel reſurgunt ex talib⁹ ꝛ ſe
mūdāt. Sz dic mihi o hō. Nōne ſtult⁹ eēt
q̄ taliū ꝛ tales irriſiōes curaret intātū vt ſi/
bi oculos erueret ne a cecis irrideretur: aut
claudū ſe faceret: aut amictū regiū pijceret
aut ſe mundare nollet ob hmōi irriſiones.
Sic in ꝓpoſito. Secūdo ꝯſidera rōnem
naturalē. Naz rō naturalis dictat q ſi non
erubuiſti facere turpe ꝛ inhoneſtū: ſicut eſt
peccare mortaliter. nō debes erubeſcere id
qd̄ eſt honeſtū ꝛ vtile. Uñ Bern. O inſa/
nia hoīm nimia pudet ablui ꝛ nō pudet in
quinari: abſtergiť caliga ꝛ ꝯtēniť aīa. Hec
ille. O hō dic mihi. ſi tu latrociniū vel fur/
tum cōmiſiſſes ꝛ in eo crimine deprehēſus
nōne erubeſceres. certū eſt q ſic: nōne pete/
re tibi remitti a iudice penā mortis erube/
ſceres: certū eſt q nō. Sic in ꝓpoſito nō de
bes erubeſcere penitendo remiſſionē pctī a
deo petere. Tertio conſidera ꝯfuſionem fi

nalē. q: ſi tu nunc in pnia nō vis erubeſcen
tiā ſufferre corā vno pbr̄o in ꝯfeſſiōe faciē/
da. heu heu q̄ maximā ꝯfuſiōez oportebit
te ſuſtinere in finali iudicio corā toto mun/
do. q: dñs dicit Naū. iij. Reuelabo puden
da tua ꝛ oſtendā gētib⁹ nuditatē tuā ꝛ re/
gnis ignominiā tuā. Ue tibi miſer pecca/
tor. q̄a tūc nō poterit tibi fieri aliq̄ remiſſio
p illā ꝯfuſionē. Nūc aūt erubeſcētia eſt ſalu
tifera in ſacra pnia. Elige ḡ tibi qd̄ vis. q̄a
vel h̄ vel in futuro verecundiā de pctis tu/
is oportebit te ſuſtinere. Hec ḡ cogita.

N Circa ſecundū de
impedimēto p̄ſumptionis Notandū eſt: q
multi a pnia retrahunť ꝛ decipiunť p vane
ſpei p̄ſumptionem triplicem.
Primo p ſpem diutius ſupuiuendi.
Scdo p ſpem miſcdiam ꝯſequendi
Tertio p ſpem bñ moriendi.
Primo inquā p ſpem diuti⁹ ſupuiuēdi Nā
vt inq̄t Cicero. li. de ſenectute Nemo eſt tā
ſenex q̄ ſe nō putet annū viuere. Et Hiero.
ad Geruciā. Nemo ē tā fract⁹ virib⁹ ꝛ tāde
crepite ſenectut⁹ vt nō ſe putet adhuc annū
poſſe ſupuiuere. vñ ſurrepit obliuio condi/
tionis ſue. Uerūtñ p remedio tu hō conſi/
dera: qm̄ q̄cq̄d q̄s cogitet: vita nr̄a breuis
eſt ꝛ incerta: nec pōt eſſe diuturna. Iac. iiij.
Que eſt vita nr̄a: vapor ad modicū parēs
ꝛ deinde exterminabiť: ideo feſtinemus ad
pniam. Exēplū Lu. xij. de diuite cogitāte
in copia bonoꝝ epulari ꝛ gaudere i annos
plurimos. Cui dictū eſt. Stulte hac nocte
repetēt a te aīam tuā ꝛ q̄ ꝯgregaſti cuius
erunt? Scdo retrahūtur a pnia hoīes ꝛ
decipiunť p ſpem cōſeq̄ndi miſcdiaz a deo
ex ſola magnitudine miſcdie: cum tñ male
viuant. Sed ꝯ hoc p remedio ꝯſidera q̄a
de⁹ non minus iuſt⁹ eſt q̄ miſericors: vt ait
Chryſ. Ideoq̄ ſcribiť Eccl. v. De ꝓpitia/
tu pctōꝝ noli eſſe ſine metu. Et ne dicas
Miſeratio dñi magna eſt: multitudīs pec
catoꝝ meoꝝ miſerebiť. Miſcdia em̄ et ira
ab illo cito approximat. ne ḡ tardes ꝯuerti
ad dñm. Hec ibi. Aug⁹. In ſacra ſcptura
canonica nō inueniť niſi vn⁹ ſolus q̄ in fine
vere penituerit. ſ. latro i cruce. Ille: vt nul/
lus deſpet. Solus: vt null⁹ p̄ſumat. Hec
ille. Tertio mlťi a pnia retrahunť p ſpez
bene moriēdi penitēdo in fine: et tota vita
male viuūt. tales ſine meritꝫ opeꝝ bonorū
ſperāt ſaluari. Sed p remedio cōſiderādū
eſt: q vt Aug⁹ ſermōe de innocentibus dr̄
Hac aīaduerſione pcutiť pctōr vt mori/
ens obliuiſcať ſui: q̄ dū viueret oblit⁹ ē dei.
Itē Hiero. de tranſitu dr̄ Uix de cētūmi/
libus hoīm quoꝝ mala fuit vita repiť vn⁹
q̄ in morte mereať indulgētiā iuenire. Hec
ille. q: talis nō videť veraciter penitere: ſed
mortꝫ timore. vt de h̄ lati⁹ dixim⁹ ſer. iiij.
Exemplū legiť de q̄dā pniam pcraſtināte
q̄ veniēs ad extremū dixit eiulādo. O cras
cras q̄ lōgā reſtē fecit q̄ ſuſpēdar. ſ. i iferno.

O Circa tertium de
impedimēto deſpatiōis. Nimiꝝ diabolus
ſic ſolet pctōrem decipe q anteq̄ hō pecca
uit pſuadet ſibi q pctm̄ ſit remiſſibile p dī
miſcdiam: ideoq̄ faciat illō ꝛ poſtea pote/
rit miſcdiam ꝯſeq̄ penitendo. Sed poſtq̄
hō peccauit pluries: tūc inſtigat vt hō de/
ſperet de dei miſcdia. Tū ꝓpter pctōꝝ ma
gnitudinē. Tū ꝓpter viciſſitudinē. Tū p/
pter multitudinē. Sed cōtra tria p reme
dio ſunt cōſideranda. Primo chr̄i paſſio.
cui⁹ vnica gutta ſanguis p̄ponderat pctis
toti⁹ mūdi ad ſatiſfaciendū: vt dicit Bern.
Uñ gloſa ſup illud Iob. vj. Utinam ap/
penderenť pctā mea in ſtatera: dicit. Crucꝫ
paſſio ꝛ mors chr̄i plus ponderat q̄ mul/
titudo peccatoꝝ ſup numerum arene marꝫ
Secūdo miſcdie dei magnitudo que eſt
infinita adeo q omnes etiam ex inferno ſi
vellet poſſet liberare: infundendo eis peni
tentiam: ſicut infundit peccatori primam
gratiam mere gratis: vt probat hec Rich.
in. iiij. Tertio ꝯſideranda eſt deſperatio/
nis grauis offenſa. quia vt dicit Hierony.
et Iſido. Super omnia alia peccata gra/
uius peccatuz eſt deſperatio ꝛ plus puniť
in inferno. Nam ꝛ Iudas grauı⁹ peccauit
deſperando q̄ chriſtū tradendo. Hec ibi.
Proinde etiamſi putares te a dō reproba/
tum ꝛ damnādū: adhuc nō debes deſpa/
re etiā in hora mortis. P Sed queriť
p inſtructione quō debeat homo ſpem ha/
bere: et hoc etiam in extrema hora mortis.
Ad hoc reſpōdet Grego. li. xxxiij. mora. di
cens In homis pectore inceſſanter debent

ſpes: fiducia: ⁊ timoꝛ ſimul coniungi. q̄a in caſſum miſc̄diam q̄s ſperat ſi nō etiā iuſticiam formidat. ⁊ incaſſum iuſticiā inuenit ſi nō etiam de miſc̄dia cōfidit. Oportet ergo de noſtra infirmitate formidare ⁊ de dī miſeratiōe cōfidere. Hec Greg. Exemplū In caſtro forti exiſtēti in cōfinib⁹ inimicoꝝ q̄ꝫuis cōfidas de fortitudine caſtri: nunq̄ꝫ tn̄ ſic debes p̄ſumere q̄n cuſtodes adhibeas. Sic i ꝓpoſito nos qui cōtinue ꝟſamur in cōfinib⁹ demonū volentiū caſtꝝ aīe noſtre occupare: debemꝰ cuſtodie chr̄i ⁊ beate Marie nos cōmēdare: ⁊ in nr̄is virib⁹ minime ꝯfidere. Nā Augꝰ dī: ꝙ nemo a deo firmat̄ niſi q̄ ex ſeip̄o infirmū ſe recognoſcit Sicut legimꝰ ad hec Exemplū in li. apū ⁊ Speculo exemploꝝ. di. v. exē. cviij. ꝙ q̄daꝫ deuotꝰ dū in hora mortis nimis cōfidens in ſuis meritis exultaret ꝙ ſecure tranſiret ad celū. Ecce in agone cepit flere. Interrogatus rn̄dit: ꝙ. ſ. btā virgo ſibi apparuit ⁊ ammonuit ꝙ fiduciā ſpei cū moderamīe timoris hr̄et. et ſic deberet vltimū diē excipe Et ſic cōpūctꝰ a fratrib⁹ aſtātib⁹ orationeꝫ petiuit vt hec noxa ſibi dimitteretur a deo. De hoc miraculo habet̄ ſermone de tēpore. xxvj. D. poſt Pentecoſt. Rogemꝰ ergo dn̄m Ieſum vt det nobis ⁊c̄.

Dn̄ica ſecunda Quadrageſime in mane Sermo decimuſtertius de Contritiōe. Et aduertēdū ꝙ ſm ordinariū curie Rhomanū in hac dn̄ica legit̄ euangeliū diei heſterni. i. ſabbati qd̄ eſt de tranſfiguratione chr̄i. Sed in eccleſijs ſecl'ariū ſacerdotū legit̄ euāgeliū p̄cedētꝭ q̄nte fer ie. ſ. d̄ muliere chananea: Iō thema p̄t de vtroq̄ꝫ p̄dcōꝝ euāgelioꝝ accipi ſic̄ placuerit p̄dicatori.

a Cceſſit Ieſus et tetigit eos: dixitq̄ꝫ eis. Surgite nolite tīere ⁊c̄.

Mathei. xvij. et in euāgelio hod̄. Sicut docet Bern̄. Dn̄s Ieſus qd̄ ſemel ⁊ in vno loco corp̄aliter fecit: h̄ ſpūaliter q̄tidie ad ſalutē nr̄am p graꝫ facere non deſiſtit. Sicut g̊ in trāſfiguratiōe ex voce patrꝭ celeſtꝭ territos ⁊ p̄ſtratos ſi deſeruit in timore; ſed pie ad eos acceſſit ⁊ etiā tetigit manu ac confortauit dī. Surgite nolite timere. q. d. nō eſt timendū vob. qꝛ ego ſalus eterna ſū vobiſcū Sic ſpūaliter benignꝰ Ieſus ⁊ nunc accedit ad coꝛ pctōꝛis q̄n. ſ. ad vocē dei inuitātꝭ cōuertit̄ ⁊ ad penitendū ꝓſternit̄ coram Ieſu veniā petēdo et ſe hūiliando. Nam teſte Eſa. lvij. dn̄s habitās eſt cū cōtrito ⁊ hūili ſpū vt viuificet ſpm̄ hūiliū ⁊ coꝛ cōtritoꝝ. Hec ibi. O ꝟe mira chr̄i hec dilectō. Iteꝫ chr̄s dn̄s Ieſus nō ſolū accedit ad peccatorē: ſed etiā manu miſc̄die illum tāgit adiuuando vt ſurgat a pctīs: et confortando ſua ꝓmiſſiōe vt nō timeat. qꝛ vere penitentib⁹ ꝓmiſit chr̄s regna celoꝝ Mat. iiij. O g̊ chariſſimi audiamꝰ q̄d dicit euāgeliū. ſ. Acceſſit Ieſus ⁊c̄.

Itē ex euāgelio alio thema accipe. Miſerere mei dn̄e fili Dauid: filia mea male a demonio vexat̄. Mat. xv. ⁊ in euāgel'. In q̄bus ꝟbis nos exēplo huiꝰ mlꝛierꝭ chananee docemur quō pctōꝛ ꝯtritꝰ debeat miſericordiā dei inuocare. q̄a p̄mo ꝯſiderando ⁊ allegādo chr̄i diuinā miſc̄diam magnam: cui ꝓpꝛiū eſt miſereri ſm Bern̄. Ideo dic̄. Miſerere mei dn̄e. ſ. deꝰ. Scd̄o allegādo vel cōfitendo chr̄i incarnationē vel hūanationem. Ideo addit: Fili Dauid. Tertio pctōꝝ ſuoꝝ ꝯfeſſionē verā. ideo addit. filia mea a demonio vexat̄. ſm Raba. h̄ ē: ꝯſcīa pctō grauat̄. Hec ex euāgelio qd̄ legit̄ hodie ī eccleſijs ſecl'ariū. Itaq̄ꝫ poſtq̄ꝫ egimus d̄ pnīa in generali: iam agendū reſtat de eius p̄ma pte q̄ eſt Contritio. de q̄ tria myſteria declarabimꝰ ꝑ h̄ ſermone.

Primū dī realis notificatōis.
Scd̄m dī regularis modificationis.
Tertiū dī ſalutarꝭ reiterationis.

Q Circa primum de

reali notificatiōe Notandū ꝙ valde neceſſariū eſt nob̄ h̄ noſſe q̄d ſit realiter vera cōtritio. q̄a ipſa eſt ps p̄ma pnīe: q̄ ſi nō valuerit: nil valebūt pnīe cetere ptes. ſ. cōfeſſio: et ſatiſfactio. Sicut ſi alicuiꝰ ſtructure fundamentū male fuerit iactū: nil valebit ſupedificata in eo ſtructura. ſed corruet. Unde Mgr̄ in. iiij. di. xvj. ca. j. dicit. In pfectiōe pnīe tria ſunt conſideranda. ſ. contritio cordis vel compūctio: ꝯfeſſio oris: ſatiſfactio opis. Hec eſt inquit fructifera penitētia vt

ſicut trib⁹ modis deuꝫ offendimus: corde: ore: ⁊ ope. ita tribus modis ſatiſfaciamus Hec mgr̄ ibi. Quapropter diſcamꝰ agnoſcere q̄d ſit realiter cōtritio. Ad qd̄ rn̄detur ſm Bonauen. diſt. xvj. li. iiij. et Richar. ac Tho. e. li. iiij. diſt. xvij. ar. j. q. j. et cōcordit̄ alios doc. ꝙ Contritio eſt doloꝛ volūtarie aſſumptꝰ ꝓ pctīs cū ꝓpoſito confitendi et ſatiſfaciendi. Sed vt hec diffinitio magis innoteſcat ſimplicib⁹: h̄ querit̄. Quare tal' doloꝛ penitentialis. ſ. pro peccatꝭ nominat̄ contritio. nā hoc vocabulū q̄re habet: Ad hoc Nota ſm eoſdē p̄dictos doc. vbi ſ. ꝙ ſicut in materialib⁹ durū dī illud qd̄ nō cedit tactui: p Phm̄. iiij. Metheoroꝝ. Frangi aūt dī aliq̄d dum diuidit̄ in partes magnas. Sed dī cōminui vel conteri q̄n redigit̄ in ptes paruas et minutas vt q̄ſi annihilet̄. Sic metaphorice coꝛ homīs duꝝ dicit̄ eſſe q̄n diuine inſpiratiōi q̄ſi manui tangenti nō cedit: ſed obuiat. hoc eſt dū in affectu peccādi dure p̄manet. Sed q̄n hoīs coꝛ reſipiſcere incipit a pctīs: frangi dī per attritionē. Qn̄ aūt intantū q̄s cōterit in ſe affectū pctī: ita vt voluntas peccandi in eo pfecte ⁊ total'r deſtruatur ⁊ ab eo recedat: tūc cōtritio dī. Et ſic patet ſm Fran. Maro. ⁊ alios: ꝙ attritio differt ab ip̄a ꝯtritione. q̄a attritio eſt doloꝛ impfectꝰ: et qꝛ ē ſine grā gratūfaciēte. Cōtritio ꝟo eſt doloꝛ pfectꝰ ⁊ cū grā gratūfaciēte. lꝫ contritio et attritio materialiter idē ſint. Sicut eīm lux auroꝛe incipit mane: ſic in homīe attritio: q̄ creſcendo fit ꝯtritio q̄ſi lux ipſa meridiei ⁊ pfecte diei: lꝫ materialiter ſint idē. Exēpli gratia. Unꝰ magnus pctōꝛ deo inſpirāte incipit ſe recog̊ſcere d̄ pctīs ⁊ dolere: ſed nōdum habet pfectū ꝓpoſitū deſerēdi pctm̄: talis attritus eſt. Qn̄ aūt talis pfectiꝰ dolet: adeo ꝙ oīno vult abſtinere a pctō: confiteri: et cauſas pctōꝝ excidere: puta meretricem a ſe abijcere: aliena reſtituere: irā deponere: ⁊ hmōi. iam contritꝰ eſt. Ex quib⁹ patet ꝙ ad veram contritionem q̄ttuoꝛ requirunt̄: quoꝝ ſi vnū tm̄modo defuerit: vera cōtritio nō erit.

Primū eſt doloꝛ p̄teriti peccati.
Scd̄m eſt ꝓpoſitū de cetero cauēdi.
Tertiū eſt ꝓpoſitū vere confitēdi.
Quartū eſt ꝓpoſitū iuxta poſſe ſatiſfaciendi. Et de his clarius agemꝰ ī ſeq̄ntib⁹

R Circa ſecūdum de

regulari modo cōtritiōis notande ſunt q̄ttuoꝛ regule p̄cipue.

Prima de modo nō volendi.
Secunda de modo deteſtandi.
Tertia de modo dolendi.
Quarta de mō ꝓpoſitū habendi.

Prima regula ꝙ homo cōtritꝰ vere debet velle pctm̄ non feciſſe: et ꝙ fecit diſplicere: vt ponit̄ ſm Scotū ⁊ doctores. Sed d. Quō pōt hoi diſplicere ⁊ nolle qd̄ iam p̄teritū eſt: cū illud nō pōt nō eſſe. Nā p̄teritū nō eſſe p̄teritū implicat cōtradictioneꝫ ſm Phm̄. ij. peri her. Stultū eīm eſt nolle qd̄ nō pōt non eſſe. Sed ad hec rn̄det̄ ſm Tho. in. iiij. diſt. xiiij. ar. j. q. vj. in ſol'. argumenti: ꝙ q̄ꝫuis volūtas cōpleta in ipſo penitēte non ſit abſolute de impoſſibili: eſt tm̄ de ipſo et debet fieri volūtas cōdicionata. Vellemꝰ eīm ſi eſſet poſſibile ꝙ hoc nō fuiſſet. et hoc ſufficit. Hec ibi. Scd̄a regula ꝙ homī cōtrito vere ſi nō pōt dolere de hoc qd̄ fecit: ſufficit deteſtari ꝙ illud inordinate cōtra legē dei fecit ⁊ offendit. S

Nā querere poſſes. Quō hō q̄ non pōt pctm̄ dolere eo ꝙ exinde vtilitatem habuit vel cōſecutus eſt poſſit eſſe in ſtatu ſalutis: Exempli grā. Ideo nō dolet qꝛ ex adulterio filiū generauit q̄ magnꝰ ⁊ potēs vel ſcientificus ꝑ tota ꝓuincia vel eccleſia poſtea vtilis effectꝰ eſt. Vel ſi q̄s ex rapina ditatꝰ eſt q̄ſtū faciēdo p rapta bona ⁊ iam reſtituere poteſt: et ſe ac ſuos ſuſtētare: ⁊ nō dolet ꝙ rapuerat: q̄m ex h̄ ditatꝰ eſt. Rn̄det̄ ſm Henri. de Gandauo in q̄dlibeto: ꝙ circa pctm̄ pn̄t cōſiderari tria. Primo ſubſtātia actꝰ pctī. Scd̄o aliqd̄ bonū qd̄ euenit ex pctō: puta filium generauit ex adulterio vt dictū eſt: et hmōi. Tertio inordinatio actꝰ ipſiꝰ. ſ. ꝙ ꝯ legē dei factū eſt tale. Hō autē tenet̄ dolere ſolū de inordinatiōe actꝰ: eo ꝙ deū offendit: ꝯtra eiꝰ legem faciēdo. Ideo q̄ꝫ lꝫ hō nō poſſit dolere de delectatōe quā habuit in actu peccati vl' de ſubſtantia illius actus: aut etiā de bono ſecuto; puta de filio generato: ⁊ hmōi. Nihilo minus talis poteſt ſaluari ſi doleat ꝙ talē delectationē et filiū ſeu aliā vtilitatē habuit ex inordina

co mō ⁊ cū offenſa dei. Et hoc dolere ſufficit ad ꝯtritionē ſaluificā. Tertia regula ꝙ ad verā cōtritionē nō neceſſario reqͥritur dolor ſenſualis: ſed ſufficit dolor volūtatꝭ. ſi tñ concurrit dolor ſenſualis: meritoriꝰ eſt ⁊ mltū vtilis. Rō. qꝛ dolor ſenſualis nō eſt in poteſtate homis vt poſſit ſe excitare hō ad ſenſibiliter dolendū ⁊ plorandū. Nā vt Phus dicit: mulieres ſunt naturalr ad fletū faciles. viri aūt duri. Sed deꝰ nō reqͥrit ab homie id qđ eſt impoſſibile. Nā. ff. đ regu. iurꝭ. l. Impoſſibiliū. Ad ipoſſibile nemo obligať. Proptera ad contritionē veram qñ hō nō pōt ſenſualiter dolere: ſufficit ad ſalutē dolere ſaltem intellectualiter ⁊ voluntarie. hoc eſt: velle nō feciſſe ꝯ deū. aut ſaltē dolere de hoc ꝙ nō poteſt dolere ſenſibiliť flendo. vł dolere ꝙ nō pōt ſic velle nō feciſſe. Nam vt Cancellariꝰ Pariſieñ ꝗdā tractatu. et ſequiť eum Antoñ. florēñ. aliiꝗ moderni di. Aliqñ inqͭt nō tāmeritoriū eſt dolere ſenſibiliť de pctis: ſicut velle dolere ⁊ nō poſſe. Probať hoc ꝑ Pſ. dicentē. Deſideriū paupeꝝ exaudiuit dñs: ꝑparationē cordis eoꝝ audiuit aurꝭ tua. Et ita iudicat nos deus ſcḋm rōnis ſuꝑioris arbitriū: volūtatē: ⁊ iudiciū. ⁊ nō ſcḋm ea ꝗ nobis inuitꝭ ⁊ cōtra nitētibꝫ ex rōnis electiōeꝗ nolentibus: portio ſenſualis inferior aduehit. Hec ille. ¶ Exemplū ad hec narrať: ꝙ ꝗdam nobilis ⁊ ditiſſima mulier illegitime cōcepit ⁊ pepit ſucceſſiue tres filios ꝗs fecit erudiri ⁊ facti ſunt doctores maximi: ita ꝙ ꝑ eos multi de eccleſia ſunt illuminati. Unus illoꝝ fuit theologꝰ maximꝰ. Alius canoniſta. Tertius hiſtoriaꝝ magiſter. Cūꝗ mulier illa ad extremā tandē horaꝫ in infirmitate ꝑueniſſet: acceſſerūt ꝑdicti filii eius ⁊ monebāt eam ad pniaꝫ. Illa di. Nō poſſum dolere pctā illa ex ꝗbꝫ tāta ꝓuenit vtilitas; vt tales doctores genuerim. At illi monētes eā diligēter ⁊ ſollicite induxerunt vt doleat de hoc ſaltē ꝙ nō pōt dolorē hr̄e. Illa aſſentiēs ſic deceſſit. Et tādē cuidam viro bono apparuit dicēs ſe eſſe in purgatorio et ſic de ſaluandoꝝ numero.

Quarta regula ꝙ ad veritatē contritionis ſalutifere ſufficit in ꝓpoſito voluntatē nō peccandi de futuro hr̄e. nec requiriť neceſſario cōtinuatio de facto ꝓ oī futuro tēpore vt non ꝯtingat a penitētia vera poſtmodū aliqñ de facto excidere. Nā vt Thomas in. iiii. di. xiiii. dicit. Erroneū eſt dicere ꝙ nō fuerit vera pniā vel contritio vera qñ inqͥnať ſequenti culpa: vel ꝙ a vera penitentia non poſſit ꝗs excidere vł penitentiam iterare. Uñ ſufficit ad veritatē contritionis hoc in ꝓpoſito hr̄e ꝙ de cetero nunꝗ velit mortaliť peccare dei gr̄a adiuuante ⁊ iuxta ſuum poſſe: ꝗuis neſciat ſi aliqñ peccabit: aut lꝫ putet ꝙ aliqñdo peccabit. Uñ ⁊ xp̄s Joan. viii. loqͥns adultere deꝑhenſe: et etiaꝫ aliis ꝗs abſoluit: dixit. Uade ⁊ ampliꝰ noli peccare. hͦ eſt: habeas voluntatē vel ꝓpoſitū nō peccādi. et nō dixit: nō peccabis ampliꝰ. De hoc patebit clarius etiā in ſeqͥnti articulo. O ergͦ homo diſce quō ꝑ ꝯtritionē ſaluari poſſis.

¶ Circa tertium de

ſalutari reiteratione qͥriť. Utrū hō ꝗ ſcit ſe cōſuetudinarie iteratꝭ vicibꝫ in peccatū futuꝝ cadere: poſſit verā ꝯtritionē ſꝑ ꝗtiens vult ſibi formare ⁊ vere penitere: Rationes queſtiōis ſunt pro vtraꝗ parte. Nam poſſes arguendo dicere ꝙ nō. quia ꝓut de pe. diſt. iii. §. j. Auguſtinꝰ c. Jnanis eſt penitentia (inquit) quam ſequēs coinquinat culpa. ergo videtur ꝙ talis non vere penitet: cum ſciat ſe iterato peccare. quoniaꝫ ad veram penitentiam requiriť ꝓpoſitum nō peccandi. Sed in contrarium eſt. quia vt ibidem ſcꝫ de pe. diſt. iii. §: Hac autoritate. Gratianus dicit: ꝙ iteratam penitentiā deus non contemnit. ⁊ ſepiſſime iterata penitentia ſemꝑ peccata remittuntur. Item Chryſoſtomꝰ ibidem c. Talis mihi (inqͭt) credē eſt erga homines pietas dei ꝙ nunꝗ ſpernit penitentiam ſi ei ſimpliciter ⁊ ſincere offeratur: etiamſi ad ſummū quis perueniat malorum: et inde tamen velit reuerti. Hec ibi. Ad hec rñdetur ergͦ ſcḋm Rich. ſuꝑ iiii. diſt. xiiii. q. ix. ar. ii. ⁊ Tho. concord. aliosꝗ recolligendo per quattuor documenta. Primū eſt de preterite penitentie veritate. vicꝫ ꝙ penitentia quam ſequens inquinat culpa nihilo minus vera eſt: nec dicitur inanis ꝑ Aug. vbi ſupra: ſic intelligendo ꝙ non fuerit vera. quia potuit eſſe vera Sed inanis dicitur ſic intelligendo ꝙ per peccatū ſequēs mortificať ⁊ reddiť inſufficiens ad vitam eternaꝫ. Et bene ſic dicitur inanis eo ꝙ erit ſine fructu penitentie vere perſeuerantis in gratia: cuius fructus eſt vitatio gehenne ⁊ adeptio glorie. Hec patet in gloſa ibidem. Secundum documentum de huiuſmodi penitētie equalitate. ꝙ ſcꝫ pctōr ꝯſuetudinarie recidiuans pōt iteratis vicibus ſemꝑ velle nō peccaſſe ⁊ ꝓpoſitum habere non peccādi: licet putet ſe nō impleturū hoc ꝓpoſitū: ſed iterū caſurū ex fragilitate vel praua conſuetudine. Et hoc ſufficit ad verā ꝯtritionē ſcꝫ habere ꝓpoſitum: vt patuit ex ſupradicta regula. iii. articulo ꝑcedenti. Nam vt Augꝰ. lib. retractationū. j. ca. xviii. dicit. Nullus ſceleratus ꝗñtūcunꝗ peſſimus ꝗdiu in hac vita eſt conſtitutus debet vel habet deſperare. quia ſꝑ quotienſcūꝗ cadit poteſt reſurgere ad verā penitentiam ꝑdicto modo. O ergo dei miſericordia maxima. ¶ Tertium documentum de excuſationis falſitate. ꝙ videlicet illi qui ſe excuſant ꝑ ꝯſuetudinem dicētes ꝙ ideo nō poſſunt veraciter penitere, qꝛ ſciunt ſe iteruꝫ ꝓlapſuros in peccatum; falſum dicunt. Primo quia neſciunt ſi forſitā moriantꝰ anteꝗ iterato peccabūt: ideo habeant nūc ꝓpoſitum ⁊ ſufficit. Secūdo qꝛ forſitan deus dabit ſibi virtutē perſeuerandi vt decetero nō peccet. ſicͭ multꝭ fac̄ ex miſericordia deus. Tertio quia tali occaſione non reſurgere fatuum eſt. Sicut exēpli gratia. Si tu ſcires ex certa dei reuelatione ꝙ inde tranſiens anteꝗ peruenias ad domū tuam ter es caſurus in lutum. Dum ergo prima vice vel ſecunda cecideris ſi non vis reſurgere eo ꝙ adhuc habebis pluries cadere: ſtultus es. Sic in ꝓpoſito de caſu peccati. O ergo homo exurge de fecibus peccati quotienſcūꝗ cadis. Quartum documentum de iterate ⁊ creberrime ꝯtritionis ſalubritate. ꝙ videlicet multum valet ad ſalutem homini crebro cadenti: crebro ⁊ ſtatim ꝑ contritionem reſurgere. ¶

Ad qđ docet nos Primo ſcriptura tam ſacra ꝗ canonica. Nam Hiero. ad Ruſticum monachum. de pe. diſt. iii. §. ꝙ aūt dicit. Septies in die cadit iuſtus ⁊ reſurgit. Si iuſtus quō cadit. ſi cadit quō iuſtus. Sed iuſti vocabulū nō amittit qui per penitentiā ſemꝑ reſurgit. Et nō ſolum ſepties ſed etiam ſeptuagieſſepties delinquenti ſi conuertať ad penitentiā peccata donāť. Hec ille. Scḋo exemplū ⁊ ratio ex lege phiſica pariter ⁊ ciuilica. Nam oīs homo naturaliter optaret ꝗtienſcūꝗ occideret ſi poſſibile foret ſemꝑ reuiuificari ⁊ a morte reſurgere. quanto magis debet a morte anime ꝑ verā ꝯtritionē ſtatim reuiuificari ⁊ reſurgere. Nimirum. ff. de legibꝫ. l. Ex his in. ff. veteri gloſa querit: vtrū reſuſcitatꝰ ſicut lazarꝰ debeat rehabere poſſeſſiōes ꝗs prius tenuit an filius qui ſtatim intrauit patre mortuo. Et videtur magꝭ tenere cū patre. Et bñ. quia princeps ꝗ conceſſit illi ꝑncipale ſcꝫ vitam: intelligiť etiaꝫ ꝯceſſiſſe acceſſoria. extra de regulis iuris. li. vj. tex. cū glo. Sic quem deus reſuſcitat ad vitaꝫ gratie quotienſcunꝗ ſꝑ reddit ei oīa bona ſpūalia ⁊ merita opeꝝ que habuit anteꝗ peccaſſet. ¶ Tertio pro finali ponamus miraculum ex hiſtoria. Nam Ceſarius i dialꝰ. narrat ꝙ quidā iuuenis horrēda peccata cōmiſit ꝗ confiteri nulli ſacerdoti poterat. Sed poſt tempora multa extimuit dei iudicium ⁊ compunctus eſt; venitꝗ ad ſanctuꝫ Uictorem priorem ⁊ cepit confiteri tot lachrymis ⁊ ſingultibꝫ vt loqui nō poſſet: iterum atꝗ iterū incipiēs confeſſionē loqui nō poterat pre fletu. Tunc prior dixit ei Uade ſcribe peccata tua in cedula ⁊ defer ad me. Et fecit ſic Jteruꝫ volēs verbis confiteri defecit. ſed cedulam porrexit cum rugitu. Prior perlecta cedula dixit. Non ſufficio tibi conſilium dare. ſed ſi vis preſentabo cedulam abbati ⁊ conſiliū requiram. Juuenis licentiauit eum. Uenit prior ad abbatem ⁊ narrauit ſibi ⁊ porrexit cedulaꝫ. Et ecce tota illa ſcriptura inuenta eſt fore deleta in ſignum ꝙ deus dimiſerit ſibi oīa peccata. Ad quod obſtupuerunt ⁊ iuueni cedulam oſtenderūt. Jlleꝗ ſummo gaudio repletus deo gratias egit ⁊ decetero ſemꝑ contritionē ⁊ confeſſionem frequenter iterando bene vixit. Rogemus chriſtū ⁊c̄.

Dominica eadē poſt prandiū Sermo XIIII. de cōtritionis ſalubris formatiōe ⁊ ſufficientia.

Oꝛ contritū

c ⁊ humiliatū deus non deſpiciet Pſ.l. Hec verba dixit Dauid dū peniteret de peccatꝭ. In qͦb⁹ oſtēdit ꝙ deus multū amat hominē ꝯtritum de peccatis. Ideo minus dicēdo plus ſignificat per figuraꝫ Litote dicēs. Coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū.ſ.ad penitēdū: de⁹ non deſpiciet: id ē mltū diligit. A Sed q̄re hoc. Utiqꝫ ideo.qa per contritionem ſacrificatur homo ipſi deo. Primo in anima vel ſpiritu per doloꝛis interni afflictioneꝫ. ideo ibidē p̄mittit Pſ. dicens. Sacrificium deo ſpūs cōtribulatus. Secundo in coꝛde: vbi eſt fons ſanguinis per amoꝛis ignē ⁊ ardoꝛem. qa amoꝛe dei cōpungit͛ et punit pctm̄. Tertio in oculis ⁊ capite ꝑ lachꝛymationē. Bern̄. Lachꝛyme penitentium vina ſunt angeloꝝ. ⁊ ſic etiam dei illorum. Quarto in oꝛe: gutture: ⁊ in lingua ꝑ confeſſionē. Item quinto in facie per ruboꝛeꝫ erubeſcētie. Sexto in toto coꝛpoꝛe ꝑ omnimodā ſacrificationē. Iſtꝭ modis chꝛiſtus dn̄s ſe in ſacrificiū in cruce obtulit ꝓ nobis. ſcꝫ in anima: coꝛde: oculis patiendo ergo exēplo ſuo debemus ⁊ nos ⁊c̄. Unde etiā .i. epiſtola hodierna Apl's.j. Theſ. iiij. dicit. Nō vocauit nos deus in immundiciā: ſed in ſanctificationē in chꝛō ieſu domino noſtro. qd̍ poteſt eſſe aliud thema. Propterea merito Pſ. dicit ꝙ coꝛ ꝯtritū deus diligit vt ſanctū ſacrificiū. Itaqꝫ de ſacra ꝯtritiōe tria myſteria p̄ter p̄dicta declarem⁹ in h̄ ſermone.

Primū dꝛ ſalubꝛitatis.
Secūdū dꝛ ſerioſitatis.
Tertiū dꝛ ſingularitatis.

Circa primū de ſalubꝛitate

ꝯtritōis q̄rit͛: vtrū ad ꝯſequēdā ſalutē ſufficiat peccatoꝛi habere quātūcūqꝫ ꝑuaꝫ ꝯtritōeꝫ. Nā mlti ſūt q̄ valde modicū dolēt d̄ peccatis ſuis. B An g̊ tales ſaluentur. Reſpondet͛ ex Richardo. doctoꝛūqꝫ dictis in. iiij. diſt. xvj. ⁊ xvij. recolligēdo ꝙ cōtritio poteſt dici modica tripliciter. Uno mō vicꝫ ſic ꝙ deficit a vere cōtritiōis rōne. ⁊ ſic potius dꝛ attritio q̄ꝫ ꝯtritio: puta quando qͥs ex ſolo timoꝛe ſeruili ꝓpter euadēdā penā aliquātulū doler peccaſſe ⁊ nō ex amoꝛe dei: vel quando aliqua tm̄ pctā deteſtatur ⁊ nō oīa: vel ſi oīa deteſtet͛ tamen non habet plenā voluntatē oīa cauēdi ī futurū. vel nō vult occaſiōes pctōꝝ ꝑut tenetur euitare: videlicet meretricē quaꝫ tenet nō vult eijcere: aut aliena nō vult reſtituere: aut iram ⁊ odiū erga ꝓximū nō vult deponere ⁊c̄. Talis ꝯtritio deficiēs vl' potius attritio nō ſufficit homini ad ſalutē: ſi in tali qͥs decedat ſtatu. ſm̄ tamen Scotuꝫ facienti qd̍ in ſe eſt attrito gratia infūditur v͛tute clauiū in ꝯfeſſiōe: attritioqꝫ foꝛmatur in ꝯtritiōis gratiā. qd̍ patꝫ īfra ſermone. xxvij. H. ſm̄ Scotuꝫ in. iiij. di. xiiij. q. vl. ⁊ ꝯcoꝛd. Tho. in q̄dlibeto. iiij. Und̄ Joannes Gerſon Cancellari⁹ Pariſien̄. tractatu ſuꝑ queſtiōe quadā facta d̄ ſtatu to Oꝛdis Carthuſien̄. notat hāc doctrinaꝫ ꝙ abſolutio ſacramētalis pōt delere pctā que nōdū erāt ꝯtrita ſufficiēter ſed ſoluꝫ attrita. Stat enī ꝙ ꝯfitēs non ſit ꝯtritus actu: ſed ſufficit attritio cū receptione abſolutiōis vicꝫ ſacramētal'. Hec ille. Et h̄ intelligēdū puta quādo obicē diuīe gr̄e talis non poneret: manente fixa voluntate in pctō aliq̄. Nam attritio foꝛmari in ꝯtritione ꝑ inſtructionē ꝯfeſſoꝛis in tali poſſet videlicet vt doleret non ſolo timoꝛe ſeruili. ⁊ de oīb; ⁊ ꝓponeret cauere decetero et hmōi. Alij defect⁹ aūt poſſent ſuppleri v͛tute clauiū in nō ponente obicē gr̄e. Scdo modo ꝯtritio dꝛ modica vel ꝑua: ſic ꝙ vera eſt cōtritio charitate infoꝛmata ⁊ gr̄a g̃tū faciēte: q̄ꝫuis modica ſit affect⁹ deuotione. Et talis q̄ntūcūqꝫ ſit modica dūmō ſit infoꝛmata charitate in ſolo infimo etiā gradu charitatis: ſufficit ad ſaluteꝫ. quia pctō ꝯtrat͛ charitas ⁊ ip̄a opit multitudinē pctōꝝ.j. Pe. iiij. Un̄ ſi qͥs habet pctōꝝ diſplicētiā in volūtate cū ꝓpoſito cauendi oīa decetero moꝛtalia: q̄ꝫuis iſta cōtritio ſit modice deuotiōis vel quaſi nulle affectionis: dūmō anim⁹ moueat͛ ad hec ex dei dilectiōe p̄ncipali⁹ ſm̄ volūtatꝭ electionē. talis ꝯſequit͛ remiſſionē pctōꝝ ⁊ ſalutē: et ſi ꝑ ignē purgatoꝛij. Tertio mō cōtritio dꝛ ſic ꝙ paruꝫ habet de doloꝛe ſenſuali et ꝯtriſtatōe Et tal' modicitas ſlet⁹ vl' doloꝛꝭ ſenſual' nō ipedit rōnē vere ꝯtritōis. nec requirit͛ neceſſario. ſed eſt ad pn̄ie ꝑfectionē. vnde ſine ea eſt ſalus. Nec pōt hō ſemꝑ flere: ſed ſufficit volūtari⁹ doloꝛ homis queꝫ pōt ſꝑ habere ad gr̄am dei acq̄rendā.

C Rō eſt ſm̄ Rich. in. iiij. di. xvij. qꝛ deus ex ſua ineffabili miſc̄dia oī facīēti qd̍ in ſe eſt attrito: nec obicē gr̄e ponēti oꝛdinauit et ꝓmiſit ſe daturū gr̄am Luc̄. xj. Omnis qui petit accipit ⁊ qui querit inuenit. Et. ij Paral'. vl. Tu dn̄e ſm̄ bonitatē tuaꝫ ꝓmiſiſti pn̄iam remiſſiōis pctōꝝ. Ideoqꝫ neceſſariū eſt aliq̄ mō a deo dari gr̄am gratū facientē pctōꝛi dū facit qd̍ in ſe eſt attrit⁹ nec ponit obicē gr̄e. et hoc eſt neceſſariū nō neceſſitate coactōis vl' imutabilitatꝭ abſolute. qꝛ de⁹ nulli debitoꝛ eſt. ſed nec̄itate imutabilitatꝭ ex ꝓmiſſiōe liberali q̄ de⁹ ſic oꝛdinauit ⁊ ꝓmiſit. Exēplū ad id ponit Petr⁹ de pal'. ſuꝑ. iiij. ꝙ in ciuitate Lugdunen̄ reꝑtū eſt a fodiētib; fundamētū cuiuſdā palatij teſtudo in q̄ erat vnuꝫ caput hn̄s os: linguā: ⁊ labia ac dentes viua ⁊ recentia. et audierūt ab eo vocē dicētē Uocate Epm̄. Illi admirātes cucurrerūt nūciātes Epō. Qui veniēs interrogauit qͥs eſſꝫ ⁊ qͥd vellet. rn̄dit. Ego fui iudex legū: gentil' fui ſed v͛tuoſe vixi ꝑut cogṽi debere: nil iniuſte iudicaui: neminē iniuſte leſi: in fine vite d̄ oībus pctīs dolui: ſed abſqꝫ fide chꝛi deceſſi q̄ ad me n̄ ꝑuenit. ꝓpter qd̍ de⁹ miſericoꝛs in hoc capite aīam meā reſeruauit. Nunc g̊ da mihi ſacrū baptiſma ⁊ aīa mea volabit in celū. et ꝓ ſigno v͛itatꝭ h̄ caput mox redigēt͛ in pulueres. Ep̄s g̊ baptiẓauit. et ſic factū ē vt dixit. O g̊ mira dei miſc̄dia. o peccatoꝛ chꝛiane age pn̄iam.

B Circa ſecundū de

ſerie cōtritiōis foꝛmāde q̄rit͛ ꝓ practica infoꝛmatiōe vtiliter Quali ſerie ⁊ modo debeat cōtritionē foꝛmare ſibi pctōꝛ hō: Ad qd̍ ſm̄ theologos doc. ſuꝑ. iiij. Scotum ⁊ alios recolligēdo rn̄det͛: ꝙ ad habendā cōtritionē charitate foꝛmatā ⁊ pctā moꝛtalia delentē ac bn̄ circūſtantionatā: cōgruit talē ſeriē in cōtritione foꝛmāda tenere ſm̄ ꝙ ad talē verā ꝯtritionē req̄runt͛ hec. Primo req̄rit͛ examinatio cōſcientie ⁊ diſtincta oīm moꝛtaliū recogitatio cū ſuis circūſtantijs in aliud genus vel ſpeciem trahentib;.

Secundo ſinguloꝛū moꝛtalium deteſtatio ⁊ omniū nolitio. Nā ſanctus Thomas in. iiij. diſt. xvij. dicit: ꝙ nō ſufficit ꝯtritio generalis. Uerbi gratia Si qͥs dicat generaliter ſic. Ego doleo omnia pctā mea. h̄ non ſufficit q̄ꝫtum ad p̄ncipium cōtritionis: vt latius dicet͛ ſermone. xxiiij. O. Sed opoꝛtet ꝙ ſit ſpecialis doloꝛ ſaltem attritionis de ſingulis de quibus nōdum penituit: tamen quo ad terminū contritionis q̄ eſt doloꝛ gratia infoꝛmatus ſufficit vna general' deteſtatio de omnibus. quia agit in virtute omnium. Pro exēplo conſolatoꝛio ad excitandū narrat͛ ꝙ quidam paſtoꝛ videns lepoꝛem iacere ſub rubo: gauiſus cogitauit capere illum: et vendēn̄ de precio diuitias plures ſucceſſiue acq̄rere. et tandē ꝙ ſic diceret exclamando. Uxoꝛ: poꝛta de optimo vino. Ad hāc autem eius exclamationē lepus mox aufugit. Et ſic paſtoꝛ fruſtratus eſt tali cogitatione ſua. Unde multo magꝭ debet homo ſollicite ꝓ ſe cogitare de penitentia ꝓ ſingulis peccatꝭ vt ditetur celeſtibus bonis in eterna beatitudine. E

Sed quid de illis qui nō habent oppoꝛtunitatem tempoꝛis ⁊ ſufficientiā: vt.ſ. poſſint de ſingulis recogitare: puta in articulo accelerate moꝛtis: Reſpondetur ſm̄ doctoꝛes modernos ⁊ fratrē Angelū de Clauaſ. in ſua ſumma: ꝙ q̄ntum adeſt oppoꝛtunitas ꝓpoꝛtionata fragilitati hūane tenet͛ homo ſpecialiter de q̄libet moꝛtali cogitare vt peniteat: aliter non remittunt͛ peccata moꝛtalia de cōmuni lege que ſūt cognita. Secus de ignoꝛatis ⁊ oblitis. Uꝛ ſi non adeſt opoꝛtunitas tp̄is vel ſtatus aut hmōi: vt in bello conſtitutis: aut graui infirmitate p̄euentis: aut ſubito in mari vel alibi periclitantibus: vel in articulo moꝛtꝭ: tunc ſufficeret generalis contritio omnium peccatoꝝ: ſiue optatiua. vtputa Utinā in nullo peccaſſet. ſiue implicitum ꝓpoſitum confitendi et ſatiſfaciendi. hoc eſt: ꝙ lꝫ non actualiter ꝓponeret cōfiteri: haberet tamē diſplicentiam talem ꝙ ſi ibi cogitaret hoc ꝙ de his cōfeſſio eſt facienda faceret ſi adeſſet tempus ⁊ copia ſacerdotis. F

Exemplum ad id legitur in ſermonib; ⁊ in Speculo exemploꝝ. diſt. ix. exemplo. xlj ꝙ quidam nobilis ſceleratus quodam tp̄e

ab inimicis captus: cum ſtatim vellẽt eum occidere: dixit ad illos. Rogo ꝓpter deum differte mortẽ ad modicũ quiſq̃ confitear ſacerdoti. Illi noluerũt. ſed p̃ceperũt vt proſternat ſe ad decollandũ. Tũc ille dixit hoc verbũ. Deus tu ſcis volũtatẽ meã: en animã meã ꝟginis filio chr̃o cõmẽdo. Sicq̃ decollat᷒ eſt. Erat aũt q̃dã obſeſſus a demone in ciuitate: cui cũ diceret̃ ꝙ de tãfacinoroſo occiſo gaudiũ magnũ cõplices ſui ĩ inferno haberẽt. Rñdit demon. Nequaq̃ Unũ eñ verbũ dũ mori debuit ꝓtulit propter qđ ſaluat᷒ eſt. Et ſic patet ꝓpoſitum. O q̃ magna dei pietas. Tertio ad verã contritionẽ formandã requirit̃ ignoratorũ pctõꝝ ⁊ oblitoꝝ generalis ꝯtritio. Quarto ꝓpoſitũ cauẽdi oĩm mortaliũ de cetero. Quinto ꝓpoſitũ cõfitendi et ſatiſfaciendi tp̃e oportuno ⁊ loco. Sexto liberi arbitrij in deũ mot᷒ ⁊ intentio: vt. ſ. oĩa hec faciat p̃ncipali᷒ ꝓpter dei amorẽ. Ultio vna vniuerſalis oĩm pctõꝝ deteſtatio. Nimirũ phyſici dicũt ꝙ qñ in ĩfirmo eſt ſudor vniuerſalis. i. in oĩbus partib᷒ corporis: ſignum eſt ꝙ talis in ꝓximo ſanabit̃. Sed qñ vnũ mẽbrũ ſudat ⁊ aliud non ſudat: ſignũ eſt ꝙ nõ cõualeſcat. Sic ſpũaliter qñ hõ vniuerſaliter de oĩb᷒ peccatis formata contritiõe dolet: ſignũ eſt ſalutꝫ eterne. Si aũt nõ de omnib᷒: ſignũ eſt damnatiõis. O q̃ hõ diſce conteri p̃dicto modo.

H **Circa tertium de** ſingularitate ꝯtritionis q̃rit̃ Utꝝ cõtritio ſingulariter ⁊ ſe ſola ſine cõfeſſiõe ⁊ ſatiſfactione ſufficiat ꝓ pcti remiſſiõe. De hoc ꝑ magiſtꝝ in. iiij. di. xvij. varie adducunt̃ autoritates ꝓ ⁊ cõtra: tñ in hoc ꝯcorditer dicũt oẽs doc. theologi ⁊ canoniſte ꝙ dũmõ hõ cõtrit᷒ habeat volũtatẽ ꝯfitẽdi ⁊ ſatiſfaciendi: ſtatim in cordis cõtritiõe ante factã actu cõfeſſionẽ ⁊ ſatiſfactionẽ pctm̃ dimittĩt. Probat̃ Primo autoritate Pſ. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſticiã meam dño: ⁊ tu remiſiſti impietatem pcti mei: pſ. xxxj. Ubi Caſſiodo. Dixi. i. deliberaui in corde ꝙ ꝯfitebor aduerſum me ⁊c̃. et tu remiſiſti pctm̃. Sed di. Quare q̃ debeo cõfiteri cum remiſſum ſit ante in contritione: Reſpondet̃ ꝙ ꝓpter ſatiſfaciendũ p̃cepto. Nã deus q̃ p̃cepit cõtritionẽ: p̃cepit etiam facere confeſſionẽ homini dum poteſt: ⁊ ſatiſfactionem. et cum hoc ꝓpter eccl'ie recõciliationem que fit ꝑ abſolutionẽ ſacramentalẽ ẜm Scotũ. Secundo ꝓbat̃ ratiõe. quia vera ꝯtritio non poteſt eſſe que tollat pctm̃ niſi ſit cũ ꝓpoſito confitendi ⁊ ſatiſfaciẽdi. ſup̃ ſermone. xiij. Q. Volũtas aũt ꝓ facto capit̃. Proinde ſiq̃s in articulo mortꝫ nõ p̃t confiteri: q̃a ommuteſcit. vl' q2 ñ habet ſacerdotẽ: ſaluat̃ ꝑ cõtritionẽ habendo ꝓpoſitum confitendi. Si autem nollet confiteri ⁊ ſatiſfacere: nõ eſſet eius contritio ſalubris. H Tertio probatur exemplificatione. Narrat eñ Jacobus de vitriaco ꝙ mulier q̃dã mortuo viro viduata facta eſt occulte meretrix: que cum eſſet antiq̃ta: ab amatoribus cõtempta: in paupertate magna deſꝑata diabolo ſe daturam iurauit ſi eam ditaret. Tunc diabolus iniunxit ſibi p̃mo ꝙ omnia peccata q̃ poſſet facere non deſiſteret. Secũdo ꝙ nullam miſc̃diam in paupes exhiberet. Tertio ꝙ nunq̃ peniteret nec cõfiteret̃. Dirata ergo cepit hec oĩa obſeruare. Tandẽ cum mortis hora aduenißet: monet̃ a filio ꝓprio ad pniam: q̃ dixit ſibi nil valere: nec poſſe penitere. ſed cũ a filio cum lachrymis peteret̃ vt confiteret̃ victa illius ꝟbis ⁊ lachrymis: cepit ipa flẽdo reuelare quomodo confederata ſit cum diabolo. Ad illius autem inſtantiã docentis veniam penitentie repromiſſam: mulier ait. Uoca ſacerdotem: parata ſum facere quod hortaris. Filio abeunte poſt ſacerdotem: ecce demones irruerũt ſuper eam: quoꝝ timore cõcuſſa: mortua eſt in gratia contritionis cum ꝓpoſito confitendi anteq̃ aduenißet ſacerdos. Tunc ei᷒ filius ſibi predicta peccata reuelata ſacerdoti confeſſus eſt: et magnam penitẽtiã pro matre fecit. Cunq̃ ſeptimo anno oraret pro ea: apparuit ſibi mater gratias agens ꝓ liberatione. O ergo penitentia felix et benedicta O ſacra contritio ⁊c̃. Rogemus chriſtum dñm vt ⁊c̃.

Feria ſecunda poſt dominicã ſecundam Quadrageſime Sermo decimuſquintus de contritione p̃teritoꝝ peccatoꝝ futuroꝝ et alienoꝝ.

I **Si non credi**deritis q2 ego ſum moriemini in peccato veſtro Joan. viij. et in euãgelio hodierno. Uerba ſunt ſaluatoris noſtri: q̃ vt oſtenderet q̃ grave malum ſit eſſe in ſtatu peccati pluries replicauit ꝑ eadem verba ⁊ per eandem ſententiam loquens iudeis peccatorib᷒ ſcꝫ ꝙ in peccatis morerent̃: quatenus omnes pctõres cognito periculo pctõꝝ ſollicite quererẽt ſibi medicinã ſalutis ꝑ verã ꝯtritionẽ ⁊ penitentiã. Proinde ip̃e chr̃s dñs dicit. Si nõ credideritis ſcꝫ fide formata per charitatem dei verã vel gratiã: que vtiq̃ peccatori infũditur in ꝯtritione. Quia ego ſum ſcꝫ chr̃s deus tollens peccata hominum ⁊ ſaluãs eos ꝑ paſſionẽ. Moriemini in peccato. q d. ẜm Origenis expoſitionẽ ꝑ contrariũ hortando. Si ergo creditis q2 ego ſum: non moriemini in peccato: ſed viuetis ꝑ fidem ⁊ gratiã vere penitẽtie. Et de his verbis chriſti loquit̃ euãgeliũ. Itaq̃ de ipa contritione proſequeñ. notem᷒ tria myſteria preter p̃dicta in hoc ſermone.

Primũ de ꝯtritiõe pctõꝝ p̃teritoꝝ.
Scõm de emẽdatiõe pctõꝝ futuroꝝ.
Tertiũ de dolore pctõꝝ alienoꝝ. I

te notandū ꝙ ad h̄ vt ꝯfeſſio ſit meritoꝛia req̄rit̄ ꝙ fiat in charitate. ſ. dei ꝛ p̄ximi. q2 ſcribit̄ Ecci. xvij. A moꝛtuo q̄ſi nihil perit ꝯfeſſio. h̄ ē a moꝛtuo. i. ab hoie exn̄te ſine vita gr̄e vel charitate: q̄ ē vita aīe: vt dicit Aug. q̄ſi nihil perit ꝯfeſſio. q2 nulluꝫ fructū meritoꝛiū vite et̄ne p̄cipit. Auguſ. Si charitas vera nō adeſt nō iplet̄ p̄ceptū ſed fingit̄. Hec ille. Sꝫ q̄b⁹ ſignis h̄ coḡſcitur: R̄nr ꝙ trib⁹ p̄cipuis. Prio ſiq̄s nō coacte ſꝫ volūtarie ꝯfitet̄. Scđo: ſi h̄ amoꝛe dei facit ſctā intētōe vt patuit. Tertio ſi oīa dolet ꝛ ꝓponit cauere Sꝫ di. Quid ſiq̄s n̄ vult pctā ſua dolere vl' relinq̄re. R̄nr ſꝫ Alex. de ales ꝙ talis ſi ꝯfiteat̄ ꝓpter h̄ ne ſtatutū eccl'ie trāſgrediat̄ nō peccat moꝛtaliter in h̄ ꝙ ꝯfitet̄ manēs in pctō moꝛtali: imo bn̄ facit ſatiſfaciēdo p̄cepto eccl'ie. ꝙ ſi ꝯtēneret peccaret denuo: tn̄ tal' nō adq̄rit pctōꝝ remiſſiōeꝫ. nec meritū vite et̄ne: ſed alia bōa tp̄alia ſic adq̄rit p̄ q̄cūq̄ꝫ bōa op̄a i moꝛtali pctō facta. X Exm̄ ad hec narrat Ceſa. ꝙ i Brabātia q̄dā demō in puella hoim pctā oīa nō ꝯfeſſa ip̄ꝛopabat. Tūc vir q̄dā voluit videre: ſꝫ timēs ne ſua pctā turpia reuelaret ꝯfeſſus ē ſacerdoti: volūtate peccādi retēta. Quē vidēſ demō ait. Amice veni huc veni: certe te bn̄ dealbaſti. ꝛ ſtatī oīa pctā illi⁹ in faciē ip̄ꝛopañs ꝯfudit illū nimis corā hoib⁹. Triſtꝭ ille in ſe rediit ad ſacerdotē. ꝛ vera ꝯtritōe ac ꝓpoſito cauēdi oīa pctā ꝯfeſſ⁹ ē: ꝛ r̄uerſus ad demonē dixerūt q̄dā circūſtātes dmoni Ecce amic⁹ tu⁹ iteꝝ vēit. Demō reſpōdit Quis ē. Ille inq̄unt cui turpia pctā ip̄ꝛopaſti. R̄ndit Ego iſti nihil ip̄ꝛopaui. neq̄ꝫ d̄ iſto aliq̄d mali ſcio. ꝛ ſic illi extimauerūt demonē mētitū fuiſſe. Sicq̄ꝫ ille p̄ ꝯfeſſionē verā euaſit notā ꝯfuſionis maxie. O q̄ ſctā ꝯfeſſio q̄ pctā abluis. Rogem⁹ ꝛc̄.

Feria q̄nta poſt dn̄icā tertiā Ser.xxvj.
de confeſſionis ſacre cōditiōib ſedecim a
theologis poſitis.

Afirmos va

rijs languorib ducebāt ad ieſū
At ille ſingul' man⁹ imponens
curabat eos Lu.iiij. ⁊ in euāgelio hodier/
no. In q̄ clare oſ̄ndit cōfeſſionis myſteriuʒ
q2 dn̄s Jeſus miracl'oſe tactu manuū cu/
rabat infirmos. ad ſignificandū ꝙ ꝑ ma/
nuū ſacerdotaliū ipoſitionē vel ꝯſignatio/
nem ſigno crucis. in q̄ cruce chr̄s man⁹ ex/
tēdens pepēdit: ſanari deberēt oēs lāguo
res pctoꝝ ꝯfitētiū. ⁊ demonia vicioꝝ exi/
rēt ab hoib. Vn̄ Cirill⁹ ibidē dr ꝙ chr̄s
q̄ ſolo ꝟbo potuit (vt de⁹) curare: tn̄ manu
tāgebat: ad ſignificādū ꝙ ſicut vas eneuʒ
appoſitū igni: ab igne ptātē calefaciendi
in tāgētes ſumit, ſic man⁹ chr̄i vnite deita
ti ab ea ptātē habuerūt ſanādi ꝟtute diui
na. Sic etiā ſignū crucꝫ ⁊ man⁹ ſacerdotū
in ꝑſona chr̄i tāgēdo i ꝯfeſſiōe ſanāt aīas
ꝯfitētiū. O ḡ chariſſimi orem⁹ chr̄m vt tā
gat ⁊ nos vt ſanemur ⁊ a demonū ptāte li
beremur i ꝯfeſſiōe. Hec Ciril. i ſnia. ⁊ d h̄
euāge. Iuxta hec de ꝯfeſſiōe i q̄ curāt lan
guores aīaꝝ tria myſteria ꝑ h̄ ſer. notabi⁹
Primū de ꝯfeſſiōis q̄lificatōe.
Scd̄m de offenſiōis declaratōe.
Tertiū d reuelatōis exēplificatōe. A

Circa primū de qualifi

catōe q̄rit: q̄lit ꝯfeſſio ſit faciēda vt ſit legi
tima ⁊ pctoꝝ remiſſiua? Ad qd̄ notanduʒ
ꝙ ſm theol' cōiter in. iiij. di. xvij. tradūt ſe
decim ꝯditiōes q̄s debʒ hr̄e ſacra ꝯfeſſio
q̄ ꝯtinēt his ꝟſib. Sit ſimplex hūilis cō/
feſſio pura fidel', Atq3 freq̄ns nuda diſcre
ta libēs verecūda. Integra ſecreta lachry
mabilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans ⁊ ſit
parere parata. Has Rich. i. iiij. di. xvij. ar
ti. iij. q. vi. exponit ſic. Sit ſimplex. i. vt ni/
hil admiſceat qd̄ nō facit ad pcti q̄ntitatē
ſcʒ exp̄mendā. Hūilis. ſ. tā in ꝟbo q̄3 i ſig.
Pura. i. recta intētōe facta ⁊ nō mala Fide
lis. i. vera vt nil de falſitate admiſceat. Fre
q̄ns. ſ. q2 freq̄nter ꝯfiteri ē valde vtile. Nu
da. i. nō obuoluta ꝟboꝝ obſcuritate. Diſ/
creta. ſ. vt maiora cū maiori ḡuitate dicat.
Libēs. i. nō neceſſitate coactōnis ſʒ libera
volūtate Verecūda: ḡ nō cū iactātia dicat
Inteḡ. ſ. vt nullū pctm̄ retineat q̄n ꝯfiteat
Secreta. i. nō publica. Lachrymabil'. ſ. ex
dolore cordis. Accelerata: ne nimis diffe/
rat de die i diē. Fortis: ne ꝟecūdia victus
dimittat aliqd̄ pctm̄ ꝯfiteri. Accuſans. ſ.
ſeip̄m nō alios. Parere pata. ſ. ad obedien
tiā ꝯfeſſoris. Sʒ di. Nūq̄d iſte ꝯdicōes
oēs ſūt de necītate ꝯfeſſionis? Rn̄det ſm
Rich. ſup̄ ꝯcordit Tho. ꝙ nō oēs: ſʒ q̄dā
req̄runt ad ꝯfeſſionē de neceſſitate. q̄dam
autē eaꝝ ſunt de ꝯgruitate. Et de h̄ clari⁹
dicem⁹ in ſeq̄ntib. O ḡ hō diſce bn̄ ꝯfite
ri vt merearis vitam eternā. B

Circa ſecunduʒ de of/

fēſione ꝯfeſſiōis notādū ꝙ iuxta p̄miſſas
ꝯdicōes req̄ſitas ad ꝯfeſſionē pn̄t poni mlt
ti modi q̄b poteſt q̄s offendere ⁊ peccare
in ꝯfeſſiōe. Prio ꝯ̄ ſimplicitatē peccat q̄s
culpā leuiādo ⁊ alios incuſando. ſ. iponē/
do diabolo vel ſue cōplexiōis fragilitati.
vel fato, ſicut fecit Adā ⁊ Eua. ⁊ tales pec
cant ḡuit. Vn̄ Aug⁹. libro de vera ⁊ falſa
pnīa dic̄. Non velit hō ſe excuſare ne auge
at crimen vt Adā: cui nō ſuffecit peccaſſe
ſed ampliabat crimen culpādo vxorem: et
culpā trāfferens in deū. Non itaq3 peccan
tes dicam⁹. Nō potui aliud niſi vt furarer
vel rapem; q2 deus fecit me paupeʒ. Nec
mirum ꝙ fornicatus ſum, q2 nature fragi
lis creatus ſum. fragilitas mea cogit me
multa pctā cōmittere. Errat q̄ ſic fallitur.
Natura eni talis eſt vt poſſit q̄ſq3 reſiſtere
malo ſi velit. Hec Aug. Itē idem Aug⁹.
li. l. hom̄. homelia. xij. dicit. ꝙ in ꝯfeſſione
multi diabolū accuſant. ſi dr eis. Quare h̄
feciſti? Reſpondēt q2 diabol⁹ fecit vt hoc
facerem. Nō eſt vnde plus gaudeat dia/
bolus niſi quādo homo hoc dicit, diabo/
lus fecit vt peccarem. ⁊ ſic non ſe accuſat. ⁊
dum peccata ſua diſſimulat confiteri: idul
gentiā nō meretur accip̄e. Diabolus enim
ſuadere poteſt. cogere omnino nō poteſt.
Hec ille. Heu heu q̄3 multi ſic peccant: pre
cipue coniugati in alterutrum retorquē/
do culpam dicentes. Cōiunx mihi nō ſer
uat fidē ⁊ debitū. ergo nec ego ſibi ſeruo.

Itē iracundi di. Ille mihi cōuicia dixit. er
go ⁊ ego ſibi. Sed tu bone chr̄iane cōfiteri
ſtude ſimplicit' accuſan̄ teip̄m vt venia tibi
det. C Scd̄o ꝯ̄ humilitatē peccat q̄s
ſupbiendo ⁊ pompoſe ſe tenēdo. Proinde
q̄rit Vtꝝ ad cōfeſſionē requirat ꝙ fiat ge/
nu flexo: capite diſcoopto: ⁊ hmōi? Rn̄det
frater Ange. ꝙ nō req̄rit de neceſſitate: ſed
de cōgruitate ⁊ bn̄ eſſe. Nā cordis hūilita/
te r̄q̄rit de⁹ poti⁹. xiij. q. v. Si q̄d. Tn̄ hu
miliatione corꝑali meremur. ideo debem⁹
hūiliari corā ſacerdote tenēre in ꝯfeſſiōe vi
ce dei: vt docet Bonauē. ſm illd Ecci. iiij.
Pbro hūilia aīam tuā. Tertio ꝯ̄ purita
te peccat q̄s nō recta intētiōe ꝯfitēdo. ſed ꝓ
vana gl'ia ⁊ hmōi. De hoc ſermōe p̄cedēti
Quarto ꝯ̄ fidelitatē vel ꝟitatem peccat
mentiēdo. vt patuit ſer. p̄cedēti Quinto
ꝯ̄ freq̄ntiā peccat nimis negligēdo: p̄ſertiʒ
ſi ad min⁹ ſemel in anno q̄s non ꝯfitet pec/
cat mortal'r. de pe. ⁊ re. c. Ois. Sexto ꝯ̄
nudā aptionē peccat q̄s obſcuris ꝟbis ob/
uoluēdo ita ꝙ cōfeſſor plene nō intelligat.
et talis cōfeſſio nō valet. Prouerb. xxviij.
Qui abſcōdit ſcelera ſua nō dirigēt. Iſid.
Sicut nullū medicamentum valet vulneri
q̄3diu ferrū infixū nō educit: ſic nulla opa/
tio valet q̄3diu pctm̄ in cōfeſſione celat.
D Sed di. Quid de turpib pctis q̄
horret hō apte dicere? Rn̄det frater Ang.
ꝙ cōfitēs debet q̄dem loq̄ de pctis ꝑ ꝟba
pudica ⁊ cū honeſtate q̄ntū pōt: dū tn̄ ſuffi
ciēter exp̄mat factū: vt confeſſor intelligat
q̄le ſit pctm̄ illud. Sed q̄d de illo q̄ dū cō/
fitet ſacerdos interim obdormit: aut eū nō
intelligit? Rn̄det idē frater Ange ꝙ ſciēter
tali cōfeſſus tenet iterato cōfiteri pctm̄ ſi ē
mortale. et ſacerdos debet eidē dicere. Rō
q̄a ꝯfeſſio importat pctoꝝ reuelationē q̄ n̄
pōt fieri niſi cōfeſſor dictū cōfitentꝫ ꝑcipi/
at. quo deficiēte nō ē ꝯfeſſio. Sec⁹ de pctō
veniali. Septimo ꝯtra diſcretiōem pec
cat: generalit' ſolū ſe peccatorē fatēdo: nec
in ſpeciali exp̄mēdo: puta di. Ego ſum ma
gn⁹ pctōr: peccaui in oīb capitalib pecca/
tis. vl' ꝯ̄ oīa dei precepta feci. ⁊ hmōi Nā h̄
nō ſufficit. ſed oportet confiteri de ſingulis
mortalib i ſpecie ei⁹ ſpecialiſſima. et ſingu
la iuxta grauitatē pōderan̄. vt lati⁹ patebit
ſer. xxxj. H. Octauo ꝯ̄ libent' ꝯfiteri pec
cat coacte ⁊ nō aliter cōfiteri volēdo: vt de
hoc ſer. p̄cedēti X. patuit. Nono ꝯ̄ vere/
cūdationē peccat q̄s nō ꝑ ſe ip̄m ſed ꝑ aliū
vl' ꝑ ſcp̄tū ꝯfeſſionē faciēdo ꝓ rubore vitā/
do. Cōtra tales Aug⁹ dr. Per vos pecca/
ſtis: ꝑ vos erubeſcatꝫ. Erubeſcētia eīm ma
xima ps eſt ſatiſfactiōis. Decimo ꝯ̄ inte
gritatē peccat q̄s ꝯfeſſionē diuidēdo. ſ. ali/
q̄ pctā vni: alia alteri cōfitēdo. qd̄ ē morta/
le. et tenet iterare totū. E Undecimo
ꝯ̄ ſecretū peccat q̄s pctā ꝯfeſſa reuelando.
qd̄ eſt mortale. q2 ꝯ̄ charitātē ꝑdit ⁊ infa/
mat ſeip̄m. Deniq3 aliq̄ incaute publicant
pnīam ſibi in ꝯfeſſiōe iniūctā ꝑ quā deno/
tant de pctō ḡui: et tales peccant etiā ḡuit.
q2 Aug. xij. q. j. c. Nolo. di. Duo ſunt nob
neceſſaria: cōſcīa: et fama. Crudelis ē q̄ fa/
mā negligit. Preterea pbr reuelan̄ ꝯfeſſio/
nē: peccat ſuper oīa ḡuiſſime. Duodecio
ꝯtra lachrymabilitatē peccat. internas la/
chrymas ꝯtritiōis vl' attritiōis nō curādo
vel reſpuēdo. Lachryme aūt exteriores nō
ſunt neceſſarie: ſed de bn̄ eſſe. et patet ſupra
de ꝯtritiōe. Tredecimo ꝯ̄ acceleratōem
peccat: nimis tardādo. ⁊ p̄ſertim ī caſu mor
tis ꝯfiteri nolēdo: ē dānabile. Quarto/
decimo ꝯ̄ fortitudinē peccat q̄s ꝟecūdie ce
dēdo ⁊ nō ꝯfitēdo. Decioq̄nto ꝯ̄ accuſa
tionē ſui peccat alteꝝ īfamādo ⁊ in crimine
nominādo: qd̄ ē ꝯ̄ charitatē. ideo mortale.
Decimoſexto ꝯtra vltimū peccat q̄s: in
licitꝫ et rōnabilib p̄ceptꝫ ꝯfeſſoris nō obe
diendo: qd̄ ē mortale ſm Scotū. Hec bre
uiter tacta h̄ ſufficiāt. q2 lati⁹ de pleriſq3
iſtoꝝ agem⁹ in ſequentib.

F Circa tertium de

reuelationis exemplo amore breuitatꝫ ſuf/
ficiat ponere h̄ vnū exemplū qd̄ ſcribit in
Specl'o exēploꝝ. diſt. ix. ca. cxlviij. Quidā
inq̄t fili⁹ ꝓ ſuo pr̄e iam an̄ defuncto. xxxij.
annis q̄tidie ſpecial'r orauit. Cui tandē pr̄
apparuit dicēs ſe i magnis penis fore. quē
fili⁹ interrogauit. Et ille rn̄dit ſe nō eſſe da
mnatū: ſed in purgatorio: a q̄ non poſſet li
berari donec ſatiſfaceret vſq3 ad q̄drantem
nouiſſimū. Ad quē fili⁹ ait. Tot annis ora
ui ꝓ te: cur n̄ ꝓſūt tibi orōnes mee? Rn̄dit
pr̄. q2 ſp ꝑ tātū tp̄s in pctō mortali fuiſti.
Cui filius. Quomō h̄: cum ſingl'is annis

cōfeſſus cōicaui. Rn̄dit pr̄. q2 idigne ſemꝑ
cōicaſti. q2 ꝯtritio tua ⁊ cōfeſſio n̄ fuit vera
Tū q2 nō ex charitate ꝓceſſit: ſed ex cōſue-
tudine vł ꝓ vitāda cōfuſiōe. Tū q2 diſtuli-
ſti aliq̄n vſq3 ad vltimā ſeptimanā q̄drage
ſime. et ſic ō alijs cōdiciōib3 ꝑdict3 itelligē
dū. Tū q2 i nullo te emēdare ꝓpoſuiſti. iō
tibi deus nullū pcm̄ indulſit tāto tpe. Ad
hec fili9 ille cōpunct9 vereq3 ꝯtrit9 ⁊ ꝑ oīa
rite cōfeſſus: vanitates mūdi ſpreuit: ⁊ to-
t9 deo ſuieñ. ꝓ pr̄e orauit ⁊ in breui illū de
purgatorio libauit. hec ibi. Rogē9 chꝛ3. ⁊c̄

Feria ſexta poſt dn̄icam tertiā Sermo
xxvij. de confeſſionis ꝑcepto diuina lege et
naturali obligante.

Spiritus eſt

deꝰ, ⁊ eos q̄ adorāt eū3 in ſpū
et ꝟitate oportet adorare. Jo
an. iiij. ⁊ i euāge. hoð. Uerba ſt̄ ſaluatoris
nr̄i q̄b3 doc3 nos ad ꝑcipua duo. Prīo q̄dē
vt ſpūales eē ſtudeamꝰ. et ſic deo nos i ſpū
cōformemꝰ pure ⁊ ſcte viuēdo: ⁊ carnis de-
ſideria n̄ ſeq̄ndo. Un̄ Rho. viij. Frēs ſpūi
debitores ſumꝰ: nō carni vt ſm carnē viua
mus. Quicūq3 em̄ ſpū dei agunt: hi filij ði
ſūt. Propt̄ea chr̄s ðr. Spūs eſt deus. q. d.
ſm ꝙ expōit Orige. ḡ ⁊ vos debet3 eē ſpū-
ales vt angeli mūdi ⁊ deo cōformes. Se-
cūdo docet chr̄s vt i oīb3 ⁊ ꝑcipue in cōfeſ-
ſione veraces ſimꝰ. ⁊ ſic deū in ꝟitate chr̄ia
na adoremꝰ vt oportet. Jdeo Theophilꝰ
ſuꝑ hec ꝟba: ⁊ Orige. di. Quia em̄ deꝰ ſpi
ritꝰ ē: ſpūales adoratores q̄rit: ⁊ victimas
ſpūales ac oblatiōes diligit. Et q2 veritas
eſt deus. ḡ veros orātes ⁊ cōfitētes req̄rit.
Ex q̄b3 pat3 ꝙ deꝰ diligit ſacrificiū cordis
vere cōtriti ⁊ fidei. amoris q̄3 diuini ac de-
uotionis atq3 vere ꝯfeſſiōis pctōꝝ. pat3 in
euāgelio. Un̄ de ſacra cōfeſſiōe: ꝑter ꝑdi
cta: tria adhuc myſteria declaremꝰ.

Primū de legis naturalis indictiōe vel
coartatione.

Scðm de legis diuinalis iniūctione.

Tertiū de leg3 euāgelicalis ꝑceptione.

Ex iſt3 patet vn̄ orta ⁊ iſtituta ē ꝯfeſſio.

Circa primum de

indictōe cōfeſſiōis ꝑ legē nature q̄rit̄ Utrꝝ
lex nature a ꝑncipio mūdi obligauit hoīes
ad pctōꝝ ꝯfeſſionē ſub neceſſitate ſalutis:
Ad qð ſm theologos ponit̄ ꝓ ꝯcl'one: ꝙ a
ꝑncipio mðī etiā in lege naturali nunq3 q̄s
potuit hr̄e remiſſionē pcti niſi ꝯfeſſiōe ſal-
tē mētali. Declarat̄ ſm tres doc. ſit̄ colligē
do. ſ. Bonauē. ⁊ Alexanð. in. iiij. ꝑ. ⁊ Rich.
in. iiij. Nā Bonauē. lucide in. iiij. diſt. xvij.
declarat ſic. ꝙ cōfeſſio pctōꝝ ē duplex. ſ. mē
talis ⁊ vocalis. Cōfeſſio mētalis ē recogni
tio pcti ⁊ offenſe dei. et hec ē de dictamie le
gis nature in ſpeciali. Nā ꝯgſcere culpā eſt
de dictamie nature hūane ꝑ ſe ſm ꝙ ē rō-
nalis. Sed cogſcere offenſam ði eſt de di-
ctamie nature adiute aliq̄ mō ꝑ fidē. Quō
aūt ſcit hō offendiſſe deū quē nō videt niſi
ꝑ fidē h̄ cogſcat: Cū ḡ deū cogſcit hō ꝑ ꝑ-
uaricatione ihonorari e: natura dictat ꝙ ab
ipſo deo miſcðia ē hūilit̄ petēda. et h̄ nūq3
eſt niſi recogſcat̄ culpa. Uocalis aūt cōfeſ-
ſio pōt fieri dupl̄r. Uno mō deo. Alio mō
homī. Uocalit̄ cōfiteri deo nō dictauit na
tura ſimpl̄r. ſed i caſu q̄n deꝰ exegit. Sicut
exēpli gr̄a q̄n exegit ab Adā ⁊ a Cain Ge
neſ. iij. di. Adā vbi es: Ubi glo. ðr. Uer-
ba ſunt vocāt3 ⁊ ad pniam ac ꝯfeſſionē in-
ducent3. Jtē Gen̄. iiij. dixit dn̄s ad Cain.
Ubi eſt Abel frater tuꝰ: De q̄b3 de pe. di.
j. c. Uoluiſſent. §. Deniq3. ſcribit̄: ꝙ nemi-
nē ſine ꝯfeſſiōe a pctō mūdari ab ipſiꝰ hūa
ni generis ꝑncipio inq̄t ſumamꝰ exordiū3.
ſequit̄. Pctō trāſgreſſiōis ꝑmi gentes cor-
rupti: a deo ſunt req̄ſiti de culpa vt cōfiten
do deleret̄. Cain q̄3 ð culpa fratricidij req̄
ſitꝰ pctm̄ ſuꝑ b3 cōfiteri noluit. ſed mēdacit̄
deū fallere conatꝰ di. Nunq̄d cuſtos frat3
mei ſū ego: Jdeo idignꝰ venia iudicatꝰ eſt.
Significat ḡ eos q̄ pctm̄ nō cōfiteñ. miſe-
ricordiā dei n̄ merent̄. Hec ibi in ſnia bre-
uiata. Et ſic pat3. Sed vocalit̄ ꝯfiteri hoī
nō erat neceſſe in lege nature: ſm Alex. vbi
ſ. eo ꝙ deꝰ nōdū erat factꝰ hō. Tn̄ Bona.
ðt ꝙ vocaliter cōfiteri hoi l3 nō dictat na-
tura i ſpeciali: ſic̄ dictat i ſpeciali honorare
parētes. verūtn̄ dictat i generali. Dictat ei
oīb3 modis recōciliari oportere ðo q̄b3 ipe
ſtatuit. Jdeoq3 natura dictat ꝙ ſi deꝰ arbi
trū ꝯſtitueret int̄ ſe ⁊ pctōrem ꝙ ipſi eēt cul
pa reuelāda. ⁊ ita dictat i generali. Un̄ lex

nature indncit nos ad ꝯfitendū obligādo
a ꝑncipio ⁊ arbitro a deo ꝯſtituto. i. ſacer-
doti. Ad hec ex dict3 Rich. ſ. exēplū. Siq̄ſ
h3 vulnꝰ in corꝑe in ꝑte inhoneſta: natura
cōpellit vt oñdat illð medico cauſa medē-
di: lic3 de h̄ verecundet̄ nimis: ſic a fortiori
vulnera aīe turpia ſt̄ in ꝯfeſſiōe vera medi
co ſpūali. i. ſacerdoti māifeſtāda. Boetiꝰ. j
ð ꝯſol. Si opa3 medicāt3 expectas opt3 vt
vulnꝰ detegas. O ḡ hō q̄ nō vis ꝯfiteri ec
ce natura tua ꝯ te clamat ad dānationē.

Circa ſecundū de di

uīo iure q̄rit̄. vtrꝝ ꝯfeſſio ſit ð iure diuio ve
ter3 leg3 iniūcta: Rn̄r ſ3 Sco. i. iiij. di. xvij.
q. vnica. ꝙ ſic. ⁊ ꝓbat̄ rōne triplici ſm doc.

Primo rōne ꝑcepti diuine dilectionis.

Scðo rōne legalis ꝑfiguratiōis.

Tertio rōne ſcripture multiplicis.

Prīo ſm Scotū ſic. q2 q̄libet tenet̄ diuino
iure recuꝑare gr̄a3 dei ꝑditā ꝑ viā faciliorē
⁊ certiorē. ⁊ h̄ ex ꝑcepto diuino q̄ ðr Dili-
ges dn̄m deū tuū. Aliter em̄ videt̄ ꝯtēnere
deū ⁊ ꝓpriā ſalutē. S3 h̄ nō pōt fieri certiꝰ
⁊ facilius niſi ꝑ ꝯfeſſionē. ḡ q̄libet tenet̄ ad
ꝯfeſſionē. S3 di. Quō ꝓbat̄ ꝙ hec via ſc3
ꝯfeſſionis ſit ſūme facilior ⁊ certior ad recu
perandū gr̄am: Rn̄det̄ ꝙ ꝓbat̄ ſm eundē
Sco. ſic q2 attritꝰ ꝯfitēs q̄uis nō habeat
actū talē ſc3 ꝯtritiōis q̄ ſufficiat ad meritū
de ꝯgruo tn̄ habēs volūtatē ſuſcipiēdi ſa-
cramentu3 eccl'ie ⁊ ſine obice pcti mortalis
actualiter ſibi facto vel in volūtate inherē-
tis recipit nō ex merito ſ3 ex pacto diuio ef-
fectū iſtiꝰ ſacramēti in vltimo inſtāti ꝓlati-
onis in q̄ eſt vis huiꝰ ſacr̄i. ⁊ ſic paꝝ attri-
tus attritione q̄ nō meret̄ remiſſionē pcti ſi
ꝯfitet̄ ſine obice pcti recipit gr̄am penitēti
alē ⁊ remiſſionē pcti nō ex merito vt dixi. q2
nō erat. ſ3 ex pacto dei aſſiſtēt3 ſacr̄o ſuo ad
effectū illū ꝟtute clauiū. alioq̄n nō appare-
ret quō ſacr̄m pnie eſſet ſecūda tabula ſm
Hieroñ. ſi nunq3 ꝑ ipm vt ſacr̄m eſt poſſet
recupari ſcða gr̄a amiſſa. ſ3 tm̄ ꝑ attritionē
diſpoſitiuā ⁊ ꝯtritionē cōpletiuā. Jſta po-
nit Sco. in. iiij. di. xiiij. q. vi. ⁊ h̄ idem tenet
ſctūs Tho. in. iiij. q̄dli. q. x. ⁊ Hēri. de gan.
in q̄dli. q. xxxij. J Ex iſtis pt3 ꝙ nō eſt
alia via facilior ad inueniēdū gr̄a3 dei q̄3 ꝑ
ꝯfeſſionē, q2 in ꝯfeſſione nō requirit̄ aliud
niſi ꝙ hō nō ponat obicē gr̄e. qð eſt multo
minꝰ q̄3 habere attritionē q̄ ꝑ modū meri
ti de ꝯgruo ſufficiat ad iuſtificationē. Jte3
nō eſt etiā via certior. q2 magis pōt hō eſſe
certꝰ ꝙ nō ponat obicē ſc3 actual'r peccādo
q̄3 ꝙ habeat attritionē. ⁊ ſic pt3. Scðo
ꝓbat̄ ꝙ ꝯfeſſio ſit diuia lege ꝑcepta rōne ꝑ
figuratōis i lege. vbi ſacerdoti faciēda ꝯfeſ
ſio ⁊ ſacr̄alis eſt ꝑfigurata in h̄ ꝙ ſacerdoti
bus data erat ptās diſcernēdi int̄ leprā ⁊ n̄
leprā. ⁊ in ſacrificijs ꝓ pctis offerēdis ꝑ ſa-
cerdotes. ⁊ ſic ope ꝯfitebāt̄ pctā ſua hoīes.

Tertio ꝓbat̄ rōne ſcripture multiplicis.
q2 oīs ſcriptura tā legis q̄3 ꝓphaꝝ ⁊ libroꝝ
ſapiētialiū teſtat̄ ꝙ tenent̄ hoīes ꝯfiteri. pt3
intuenti. ⁊ vide ſer. xxx. Si q̄ras. Cur ḡ nō
eſt expſſe inſtituta ꝯfeſſio ſacr̄alis in veteri
lege ſ3 tātūmodo in figura. Rn̄det Bona
uen̄. ꝙ q2 ꝯfeſſionē oportuit inſtitui ꝓpter
manifeſtationē pcti ⁊ ꝓpter recōciliatione3
faciendā deo ⁊ eccl'ie ꝑ arbitrū ⁊ iudicē me
diatorē ſc3 ꝯſtitutū inter deum ⁊ hoīem vt
poſſit apponere manū in vtrūq3 ſc3 deū ad
miſericordiā inclināndo: ⁊ pctā hoīs redar-
guendo. Talis arbiter aūt non potuit eſſe
q̄uſq3 deꝰ factꝰ eſt hō q̄ ſolꝰ potuit ſatiſfa
ciēdo ꝑ ſanguinē deum recōciliare pctōri: ⁊
autoritatē abſoluēdi ꝟtute ſue paſſiōis cō-
cedere ſacerdotib3. Jdeo in ſola lege noua
cōfeſſio ſacramētalis expſſe debuit inſtitui
ꝑ chꝛiſtū deum. K

Circa tertiū de ꝑcepto

legis euāgelice ad ꝯfitendū q̄rit̄. vbi ⁊ q̄n
chr̄s dn̄s in euangelio ꝑcepit hoīb3 facere
confeſſionē de pctō. Et ſm oēs theologos
maxie Rich. in. iiij. di. xxvij. rn̄det̄. ꝙ chr̄s
dn̄s h̄ ꝑcepit iplicite ⁊ explicite. Nā iplicite
in figura ꝑcepit cum dixit leproſo mūdato.
Matth. viij. Uade oſtēde te ſacerdotib3.
Sed explicite ſine figura ꝑcepit quādo di-
ſcipulis dedit poteſtatē iudicādi conſcien-
tie. Nā Petro dixit Matth. xvj. Tibi da-
bo claues regni celorum. quodcūq3 ſolue-
ris ⁊c̄. Et tandem poſt reſurrectionē oīb3
expreſſe dedit hanc poteſtatē Joā. xxij. di.
Accipite ſpiritūſanctum quoꝝ remiſeritis
peccata ⁊c̄. Sed ſacerdotes non poſſunt re
mittere niſi confitentib3 ſibi. ergo confeſſio
ꝑcipit̄. Nimirū papa eſt ſucceſſor petri, epī

aūt ſunt ſucceſſores aploꝝ. Ceteri ꝟo ſacerdotes ſunt ſucceſſores .lxxij. diſcipuloꝝ ſm Sco. ⁊ Rich. ⁊ alios. Et h idē habeť i decretꝫ .xxj. di. c. In nouo. ⁊ pluribꝫ. Proinde eccľia ſacrꝫ canonibꝫ p̄cepit oībꝫ fidelibꝫ facere ꝯfeſſionē. de q̄ ſcꝫ eccľie p̄cepto patebit ſer. xxix. T. Sꝫ di. Amb. de pe. di. j. circa p̄ncipiū dr. ꝙ petrꝰ doluit ⁊ fleuit. qꝛ errauit vt hō. nō iuenit aūt q̄d dixerit. glo. id ē ſi ꝯfeſſus eſt vel cui ꝯfiteret cū oēs a fide receſſiſſent. Hec ibi. Rn̄det Rich. ſ. ꝙ multa ſūt facta q̄ nō ſūt ſcṗta. Vn̄ frať Ange. dicit nō eſſe credēdū ꝙ apľi ⁊ eccľia tale iugū ꝑiculoſū hoibꝫ ipoſuiſſent niſi chr̄s ꝟbaliť aplis h p̄cepiſſet. g̃ ⁊c. Vn̄ exēplū legiť i chronicꝫ minoꝝ ꝙ ꝑiſius q̄dā clericꝰ phica ſcia p̄clarꝰ. ſꝫ lubricꝰ infirmitatē incurrit: a ſocijs monitꝰ vt ꝯfiteret. vocatū ꝯfeſſorē frēꝫ minorē repulit vt deſꝑatꝰ. vn̄ frať iſte ꝓ illo orauit. Et ecce infirmꝰ vidit iuxta lectū aptū puteū d̄ q̄ aſcēdebat draco ingēs ore apto ſpirās flāmā ſulphureā volēs infirmū deuorare. Tunc ille timore ꝑcuſſus oculis in celū leuatis vidit ieſū veluti cruci affixū in aere. ſ. ſanguinē fūdētē, ac p̄dictū fratrē vidit ad pedes chr̄i orātē vt infirmo miſereret. Ait ieſus. Cōfiteať ⁊ non negabo veniā (vt i euāgelio. ſ. p̄cepi ⁊ ꝓmiſi) Ille g̃ ad ſe reuerſus mox ꝓ dicto fratre miſit: ⁊ plene ꝯfeſſus eſt. tandē dei nutu ꝯualuit ⁊ ordinē minoꝝ intrauit ⁊ ſancte vixit. O g̃ chariſſimi confiteamini vt a crucifixo detur gratia. ⁊ venia Amen.

Sabbato poſt dn̄icā tertiā Ser. xxviij ſcꝫ de ꝯfeſſore eligendo ꝓprio ſacerdote et peccatoꝝ inquiſitione.

Dixit ei ieſus

nec ego te ꝯdēnabo. vade ⁊ iam ampliꝰ noli peccare. Joā. viij. ⁊ in euāg. hod. Sic Aug. dr. dn̄s ieſus volēs oñdere ꝙ venit pctōres penitētes ſaluare: nō ꝯdēnare. Jō mulieri quā in adulterio deꝑhēſam adduxerāt iudei ad ipm dixit hec ꝟba. Nec ego te ꝯdēnabo. vade et ampliꝰ noli peccare. Quibꝫ ꝟbis p̄mo cōſtrauit iudeoꝝ malignitatē volētiū eū capere in ſmōe vt accuſarēt ſi diceret eā nō lapidari debere ꝯ legē moyſi tāq̄ legꝫ trāſgreſſorē. Si aūt diceret eā lapidādā rep̄hēderēt eū dicere ꝯ ſuā p̄dicationē de pietate ac miſericordia. Sꝫ chr̄s dn̄s oñdit ſcribeñ i terra ꝙ illi eſſēt maiores pctōres ⁊ iō inepti ad legis penā exeq̄ndā vtpote ipi potius digni pena ꝓ pctis. Scd̄o his ꝟbis docuit i myſterio etiā ꝯfeſſores ꝙ ipi iponāt pniaꝫ ſm ꝯditionē pctōris ⁊ pcti ⁊ talē potiꝰ miſericordiť iniūgere curēt q̄ caueať clpa d̄ cetero q̄ penitētē pctōrē nimis exaſperēt crudeli ⁊ indiſcreta pnia vt dr Chryſ. xxvj. q. vij. c. Alligāt. Itē ꝯfitētes docꝫ etiā chr̄s oi ſtudio conari āpliꝰ cauere vt ptꝫ i themate ⁊ euāgelio. Ex q̄ g̃ i ꝟbis his myſtice doceť ꝯfeſſor ⁊ ꝯfitēs: Idcirco d̄ ꝯfitēte ⁊ ꝯfeſſore ſiť tria myſteria declarabimꝰ in h ſermone.

Primū de eligēdo idoneo ꝯfeſſore.
Scd̄m de req̄rendo ꝓprio ſacerdote.
Tertiū de inq̄rēdo pctō a ꝯfitēte pctōre.

M Circa primū de eligēdo idoneo ꝯfeſſore q̄lē debeat vnuſq̄ſq̄ ſibi ꝯfeſſorē eligere ꝓ ſalute. Ad qd̄ rn̄deť cōiter ſm doc. ꝙ q̄libꝫ ꝯfitēs debet q̄rere ſibi ⁊ eligere ſacerdotē talē ꝓ ꝯfeſſore q̄ p̄cipue tres ꝯdicioēs videť habere.

Prima eſt ꝯſcie vel vite ſctitas.
Scd̄a ꝯdicio eſt ſciētie claritas.
Tertia eſt abſolutiōis ꝯferēde ptās.

Primo inq̄ in ꝯfeſſore req̄riť vite vel ꝯſcie ſctitas vel bonitas. Vn̄ Augꝰ. de pe. di. j. ca. Quē peniteť. ꝟſus fi. dr. Qui vult ꝯfiteri ſacerdoti meliori q̄ pōt ꝯfiteať. Et. j. di. vj. ca. Qui vult. idē Aug. dicit. Sacerdos cui offerť pctōr in nullo coꝝ ſit iudicādus q̄ in alio iudicat. Iudicās eñ aliū de eo de q̄ ipe eſt iudicādus: ſeipm ꝯdemnat. Hec Aug. Et idē ꝓbať rōne. qꝛ ſꝫ Bonauē. in iiij. di. xix. ⁊ ꝯcor. Durā. Ray. ac Tho. ſup iiij. Quicunq̄ ſacerdos in mortali peccato exiſtēs abſoluit penitētē vel executionē alicuiꝰ ordis opať: mortaľr peccat: niſi prius peniteat de ſua mortali culpa. g̃ confeſſor nō debet eſſe in mortali. Sꝫ q̄d de illo q̄ cōfiteť tali ꝯfeſſori quē ſcit eſſe i pctō mortali Rn̄deť ſm doc. p̄cipue fratrē Ange. ꝙ ad id ſi ſciēter inducit illū mortaliť peccat. Et ideo ſi p̄t hr̄e aliū ꝯfeſſorē dꝫ alteri ꝯfiteri. ſi āt ꝑatꝰ ē ille audire ꝯfeſſiōes: ⁊ ipe ſacerdos nō eſt notoriꝰ nec excōicatus vľ p̄ciſus et hmōi. tali licet cōfiteri: p̄ſertim cū alium hr̄e nō poſſis. Caueāt g̃ q̄ ꝯfiteri volūt ne fiāt ꝯfeſſoꝝ iudices curioſi. ſed ſufficiat eis ꝙ ñ videāt expꝰſſe in illis malā vitā. Ad hec exēplū hr̄ in euangelio hodierno. vbi chr̄s iudeis dixit. Qui ſine pctō eſt veſtꝝ p̄mꝰ i eā lapidē mittat. Quo doceť vt Aug. vbi ſ. c. Qui vult. dicit: ꝙ q̄ vult alios corrigere: p̄us debet ſe mūdare. Ideoq̄ Greg. j. q. j. c. Neceſſe eſt (inq̄t) vt mūda ſit manꝰ q̄ diluere ſordes curat ne tacta inq̄net. N

Scd̄o debet q̄rere q̄libet confeſſorē habentē ſufficientē ſciaꝫ ne ſibi accidat incidere in foueā. Nā teſte chr̄o Mat. xv. Cecus ſi ceco ducatū preſtet: ambo i foueā cadūt. Sic in ꝓpoſito. Sed quātā ſciam debeat hr̄e ꝯfeſſor neceſſario. Rn̄deť ſm ſanctum Bonauē. i. iiij. di. xvij. ⁊ eliciť ex c. Nulli ſacerdotū. di. xxxviij. vt ponit frater Ange. h tenendū: q̄uis diuerſa ſup h dicta ſint a diuerſis. Et dicendū ꝙ cōfeſſor teneť habere ſaltē ad minꝰ ſciam tantā ꝙ ſciat diſcernere in pctis cōmunibꝫ qd̄ veniale ⁊ qd̄ mortale ſit. et ꝙ ſciat ad q̄ pctā ſua ptās ſe pōt extendere. Rō. q̄a alia pnia ꝓ mortali. alia ꝓ veniali pctō eſt imponēda. Et ſi ptātē extēderet ad aliqd̄ pcti genus ad qd̄ nō poſſet abſolueñ. ꝑiculū aīe eſſet ſibi ⁊ cōfitētibꝫ Unde hoīes q̄ hoc cogñſcūt debēt cōſulere diſcretos ⁊ ſcientificos. Deniq̄ ꝯfeſſor nō tenetur de ſingulis q̄ in confeſſione audiuit determinare ſi ſint mortalia vel ne. et maxime nō debet aſſerere mortale id de q̄ nō eſt certꝰ ne inijciat laq̄os alteri. ſed ſufficit ſcire ꝙ ſūt mortalia illa de q̄bꝫ eſt claꝝ cōiter. nō aūt de q̄bꝫ ſunt varie opiniones. Unde optimū eſt ꝯfeſſori vt ſalteꝫ ſciat dubitare ſemꝑ in caſibꝫ in q̄bꝫ nō eſt certus ſe legiſſe deciſionē: et de nouo ſtudere vľ ꝑitos cōſulere. vľ ſi non pōt: ſaltē confitenti dicat ꝙ ꝑitos cōſulat: nec abſoluat niſi q̄ntū ſua auctoritas ſe extendit. Hec in Angelica. O

Sed q̄d ſi q̄s cōfitetur ſacerdoti ignaro: Rn̄deť ſm Antoñ. floreñ. ꝙ dūmō taľ confeſſor nōn ſit nimis imꝑitꝰ: excuſať tā confeſſor q̄ ipſe ꝯfitens in tribꝫ caſibꝫ. Primꝰ q̄n ꝑiculum mortis iminet cōfitenti: nec alius cōfeſſor poſſet haberi. tunc q̄libet ſacerdos pōt ⁊ debet audire ꝓpter efficaciaꝫ ſacramenti ne ea p̄ueť. Secūdus eſt q̄n cōfitens eſt ſufficiēter ꝑitꝰ: ita ꝙ doceat confeſſorem. Tertiꝰ q̄n ꝯfitēs ſpūaliť viuit ⁊ crebro cōfiteť q̄ nō conſueuit hr̄e niſi venialia. aľs p̄ter hos caſus mortaliter peccat vterq̄ ꝑiculo aīe exponendo ſeipm ⁊ aliū. Eccľi iij. Qui amat ꝑiculū: ꝑibit in illo. Tertio debet q̄rere q̄s cōfeſſorē talem q̄ habeat. ſ. abſoluēdi ptātem: et iſte eſt ꝓpriꝰ ſacerdos. de q̄ in ſeq̄nti.

N Circa ſecūdum de ꝓprio ſacerdote q̄riť Utrū q̄libet teneať ſoli ꝓprio ſacerdoti ꝯfiteri: Rn̄deť cōiter ſm oēs doc. theologos ⁊ canoniſtas: ꝙ loquēdo de cōfeſſione, ꝓut eſt ſacramētalis et de p̄cepto iuris diuini ⁊ eccľie: faciēda ē ꝓprio ſacerdoti ſoli. vt patꝫ de pe. ⁊ re. c. Ois. Niſi in certꝫ caſibꝫ ſm Thom. in. iiij. diſt. xvij. Primꝰ: ſi talis ſacerdos eſſet excōicatꝰ vel hereticus aut ſciſmaticꝰ ⁊ hmōi. Secūdꝰ: ſi ſollicitaret ad malū illū qui ei cōfiteretur Tertiꝰ ſi ꝓbabiliter videť ꝙ ſit ꝓnꝰ ad reuelandū cōfeſſionē. Quartus ſi pctm̄ de q̄ q̄s confiteri debet cōmiſſum ſit ꝯtra illum In his ⁊ ſilibꝫ in q̄bꝫ ꝓbabiliter timet cōfitens ex cōfeſſione ꝑiculum ſibi vel ſacerdoti iminere: nō debet cōfiteri. ſed licentia petita alteri ſacerdoti. quā ſi nō dat. ſ. licentiam: recurrere pōt ad ſuꝑiorem ꝓ licentia. vel confiteať alteri ſi nō poteſt recurrere vel mittere ⁊c. Nec in hoc tranſgrediť p̄ceptū eccľie. q̄a p̄cepta iurꝫ nō ſe extēdūt vltra vel ꝯtra charitatē. O Sed q̄s dicať ꝓprius ſacerdos. Rn̄detur ſm Rich. in. iiij. di. xvij. et cōcor. theoľ. ⁊ cano. et ſummā Ange. Primo papa eſt ꝓpriꝰ ſacerdos in toto mūdo. Scd̄o legatus in tota ſua ꝓuincia. Tertio penitētiarius deputatꝰ ab eiſdem. Quarto archiepus vľ epus in ſua dioceſi. Quinto eoꝝ vicariꝰ generalis epi. Sexto parochialis pbr in ſua parochia. Septio oēs hn̄tes licentiā ab aliq̄ p̄dictoꝝ. Octauo ex p̄uilegijs ⁊ indultis fratres Miores et p̄dicatores. Nono ex cōmuni conceſſiōe iuris ſunt multi de quibus habeť in ſūmulis: ideo breuitatꝫ amore ꝑtrāſeo. Sic etiā in articulo mortis quilibet ſacerdos quando non poteſt ꝓprium habere poteſt abſoluere. et ſic ē ꝓpriꝰ ſacerdos illiꝰ Patet. xxvj

q.vj. Si pbr̄.et c.ſeq̄n. Itaqꝫ qui confitet̄ alicui ꝑdictoꝝ: ꝓprio cōfitetur.

R Circa tertium de inq̄rendo a cōfitēte de pctō cōmiſſo Notādū ꝙ hoc eſt valde neceſſariū vt cōfeſſoꝛ diligenter inq̄rat ꝛ interroget cōfitentē: tamē diſcrete: ne in particulari de carnalibꝫ q̄rendo pctm̄ cōfitens addiſcat qđ an̄ neſciuit.

Queſtio nancꝫ ꝟſat̄ An hō q̄ ſic cōfitet̄ et rn̄det ſacerdoti ad interrogata ſatiſfaciat ꝑcepto de cōfeſſione: Et rn̄det Rodo. ꝙ ſic: q̄ꝫtum ad ea de q̄bꝫ iterrogat̄. Item ſil'r ſatiſfacit q̄ rogat ꝯfeſſoꝛē ꝙ eū interroget: vt ſic ſciat pleniꝰ cōfiteri. Verūtn̄ ſi tal' dimitteret confiteri potiꝰ q̄ꝫ oꝛe ꝓprio cōfiteret̄ ſuū pctm̄: talis eſſet damnabilis. qꝛ đ ſupbia ꝛ hypocriſi ꝑuenit. de pe. di. v. c. j. ꝑ Aug. q̄ q̄dē eſt pctm̄ moꝛtale. Vn̄ prudēs cōfeſſoꝛ qn̄ h̄ ꝑpendit: faciat illū rectificare ꝯſciam ꝛ dolere de tali indiſpoſitōe. Hec ī Angelica. Pꝛoinde Aug. đ pe. di. vj. Qui vult. đr. Sacerdos diligēs inq̄ſitoꝛ ꝛ ſubtilis iueſtigatoꝛ ſapiēter ꝛ q̄ſi aſtute interroget a pctōꝛe qđ foꝛſitan ignoꝛat vl' ex verecundia velit occultare. Hec ꝛ plura ibidē.

Pꝛo finali ḡ Exemplū legit̄ ꝙ q̄dā habuit dubitationes de fide euchariſtie. et ſic incarnatiōis diuīe ex ꝟgine. Cōfeſſus ē autē cuidā ſacerdoti. ſed ſacerdos negligēs ſine inq̄ſitiōe ꝛ doctrina eundē titubantē reliq̄t. Moꝛtuꝰ ē hō ille ꝛ poſt moꝛtē eidē ſacerdoti terribiliter apparuit di. O maledicte cōfeſſoꝛ tu me ꝑdidiſti. Ve mihi et ve: q̄a dānatꝰ ſum. Si me docuiſſes diligēter ego ſaluatꝰ fuiſſem in vera fide. Et voluit interficere ſacerdotē di. Vere te ſtatim occiderē ſi ꝑmitterer. ſ. a chr̄o ꝛ virgīe Maria. Et ſacerdos vix euaſit ꝛ pnīaꝫ egit. hoc iō foꝛte. qꝛ btē ꝟgini ſeruierat ꝛ ſibi ſupplicauit. Illaqꝫ anīa dānata cū mag̃ ſtrepitu et clamoꝛe diſceſſit. Rogemꝰ ḡ chr̄m ꝛc̄.

Dn̄ica q̄rta quadrageſime ī mane Sermo. xxix. ſcꝫ de obligatiōe cōfeſſionis ꝛ aliquoꝝ excuſatiōe ꝓ impotentia.

Abiit Jeſus

trans mare galilee qđ ē tyberiadis ꝛ ſeq̄bat̄ eū multitudo magna. Joan. vj. ꝛ in euāgelio hođ. Dn̄s Jeſus in h̄ euangelio docet nos ad pnīaꝫ pluribꝫ myſterijs. Pꝛimo q̄dē in hoc ꝙ abijt trans mare galilee. Et ſic nomīat̄ a ꝓuincia galilee circūiacēte. et tyberiadis đr ꝓpter ciuitatē adiacentē: vt đr Alchuinꝰ: q̄ tyberiadis appellata fuit eoꝙ in honoꝛē Tyberij ceſaris erat edificata. Et mare h̄ ẜm Bedā eſt lacꝰ magnus lōgitudinis. xxiiij. miliarium. O, ḡ chr̄s dn̄s đr abijſſe vltra hoc mare cū diſcipulis ꝛ magna m'titudine ſequen̄. voluit docere ꝙ chr̄m dn̄m ſequamur per amaritudinē pnīe ꝛ aq̄s lachꝛymaꝝ ſi volumus ad celeſte conuiuiū vbi ꝑ chr̄m implebimur ſatietate oīm bonoꝛum ꝑuenire. Ideocꝫ poſt tranſitū huiꝰ maris conuiuiū hoc ſaturitatꝭ ꝑſtitit. Scđo docet ī hoc ꝙ quīcꝫ panes hoꝛdeaceos ꝛ piſces duos multiplicauit. Vn̄ đr. Accepit Jeſus panes ꝛ cum grās egiſſet diſtribuit diſcūbentibus. Et hoc poteſt poni ꝓ alio themate ſermonis. Nimirū queri pōt q̄re chꝛiſtꝰ multiplicando panes non mutauit ſubſtātiā vt fierēt triticei ſapidi: cum eēnt hoꝛdeacei inſipidi: Rn̄det̄ ẜm Chꝛyſ. Ne videret̄ deſeruire gule Et etiam vt doceret ꝙ in ꝑſenti vita amara pnīa debemꝰ anīas nr̄as cibare cum piſce. i. paſſiōe chꝛiſti recoꝛdan̄. q̄ ſcꝫ chr̄s tancꝫ piſcꝭ aſſatꝰ fuit in veru ligneo crucꝭ: toto ſanguīe ꝛ humoꝛibꝫ naturalibus effuſis arefactꝰ. Et ſic cibati ſatiabimur a chr̄o dulcedine ꝯſolatiōis celeſtꝭ Pſ. ẜm multitudinē doloꝝ meoꝝ. ſ. penitētialiū: cōſolatiōes tue letifica. ani. m. Nam ſicut panes iſti ẜm Alb: magnū erant optimi nō ſimpl'r ſed ī ſpecie panū hoꝛdeaceoꝝ. et ſic quodāmō amari: tn̄ dulcoꝛē ſapoꝛis accipiebant a piſcꝭ pinguedine. ſic penitentia amara ſapit in chr̄i paſſionis dulci memoꝛia. Et de iſtꝭ vide euangeliū. Itaqꝫ de pnīali confeſſione quā docet chr̄s pluribꝫ myſterijs euāgelicꝭ tria myſteria notemus ꝓ hoc ſermone.

Pꝛimū de cōfeſſionis obligatione
Scđm de obligatiōis huiꝰ excuſatiōe.
Tertium de ꝟecūdationis ſugatione

S Circa pꝛimum de cōfeſſiōis obligatiōe q̄rit̄ Vtrū oēs homīes

huius mūdi obligent̄ generaliter ſub neceſſitate ſalutis ꝯfiteri pctā ſua ſacerdoti. Cū em̄ omnes peccatoꝛes teneant̄ penitere ꝛ confeſſio eſt ꝑs ꝑ̄ncipalis penitētie q̄ ſcꝫ cōfeſſio eſt de iure diuino. ergo q̄re non obligarent̄ omnes. Et hoc etiā in hoc euāgelio videt̄ myſtice chr̄s inſinuaſſe cū tūc hoꝛdeaceo pane omnes non ſolum bonos pauit ſꝫ etiā incredulos qui erant in multitudine illa. Sꝫ ꝛ quare eis vinū bibere nō dedit cū tn̄ illud creare potuit vel ex aqua mutare ſicut in nuptijs fecit. Reſpondent aliqui di. ꝙ tum ꝓpter ebꝛietatem vitandam in tanta multitudine. Tum ꝓpter ſignificandum penitētie myſteriū. qꝛ vt dicit Pſ. Vinum letificat coꝛ hoīs. ꝛ ſic tāta multitudo fecaſſet diſſolutiones leticie ꝛ cantꝰ ꝛ hmōi. que contrariant̄ ſtatui pnīe lachꝛymabilis. Tū etiam qꝛ vinum ꝑ̄ſertim in copia ſumptuꝫ linguā a loquela recta impedit. ꝛ hoc eſt cōtra pnīe myſteriū. qꝛ debꝫ loqui recte. id eſt vere in cōfeſſiōe peccatoꝝ. ergo ꝛc̄. Sed ḡ. Ad q̄ſtionē rn̄detur ẜm Bonauen̄. ꝛ Richar. in. iiij. di. xvij. alioſcꝫ ſimul colligēdo ꝙ dupliciter obligantur homines ad ꝯfeſſionē. Vno modo ex lege ꝛ inſtitutione pꝛimaria hoc eſt diuina. ꝛ ſic om̄es hoīes tam fideles q̄ꝫ et infideles regulariter tenēt̄ ad confeſſionē faciendam ſacerdoti chꝛiſtiano ita ꝙ non confitens peccatum moꝛtale cōmiſſum tam ante baptiſmū q̄ꝫ poſt: ſi habeat copiā confeſſoꝛis ꝛ peccati memoꝛiaꝫ ꝛ loquelā ad ꝯfitendnm oīno dānabit̄. Et ꝓ hoc ꝙ noluit confiteri ſpecialem penā in inferno habebit. Ratio eſt. quia cōfiteri ſacerdoti eſt ꝑ̄ceptū dei ꝛ chr̄i ieſu filij dei vt dictum eſt ſermone. xxvij. ꝛ ideo om̄es obligat. qꝛ deus qui habꝫ plenitudinē poteſtatis vniuerſaliter ſuꝑ omnes hoc preceptuꝫ vniuerſaliter dedit. ergo om̄es tam fideles q̄ꝫ infideles tenent̄ confiteri. ¶ Secūdo modo obligant̄ homines ad confeſſionem ex inſtitutiōe eccl'iaſtica. hoc eſt: ex ꝑ̄cepto eccl'ie in generali concilio. Precepit nāꝗ generale ꝯciliū ſancte eccl'ie extra de pe. ꝛ re. ca. omnis. ſic. Omnis vtriuſcꝫ ſexus fidelis poſt q̄ꝫ ad annos diſcretiōis ꝑuenerit om̄ia ſua ſolus peccata ſaltē ſemel in anno fideliter ꝯfiteatur ꝓprio ſacerdoti. ꝛ iniunctam ſibi penitentiā ꝓ viribꝫ ſtudeat adimplere: ſuſcipiens reuerēter ad minꝰ in paſca euchariſtie ſacramentū. niſi foꝛte de ꝓprij ſacerdotis cōſilio ob aliquā rationabilē cauſam ad tēpus ab hmōi perceptiōe duxerit abſtinenduꝫ. Alioq̄n ꝛ viuens ab ingreſſu eccl'ie arceat̄ ꝛ moꝛiēs chr̄iana careat ſepultura. Hec ibi. Et q̄ꝫtum ad hoc ꝑ̄ceptū eccleſie non tenent̄ illi q̄ ſacramētū baptiſmi nunq̄ꝫ ſuſceperunt vt ſunt pagani. Sꝫ obligant̄ om̄es q̄ baptizati ſunt ad ꝯfeſſionē ſaltē ſemel in anno. ſiue boni chr̄iani ſint ſiue mali ꝛ heretici. Nam vniuerſaliter ponitur ꝑ̄ceptū di. Oīs vtriuſcꝫ ſexus ꝛc̄. Qui autē dicit oīs nihil excludit vel excipit ẜm philoſophū. Et patet etiam. xix. di. ca. Si rhomanoꝝ. §. Dicendo. cum glo. Ratio hoꝛum eſt. quia vt Richar. ſupꝛa. dicit. vicario chꝛiſti non fuit poteſtas directe cōceſſa ſuper illos qui baptiſmi ſacramentū nō ſuſceperūt qđ eſt ianua qua intratur ad eccleſiam militantem. Ideo infideles vel pagani nondum baptzati non obligātur pꝛecepto eccleſie ſed tantūmodo ꝑ̄cepto iuris diuini ad confeſſionē. j. Coꝝ. v. Quid mihi de his qui foꝛis ſunt. id eſt extra eccleſiā iudicare. Lyra. quaſi di. non ꝑtinet ad me. quia ſunt extra foꝛum eccleſie. Nam eos q̄ foꝛis ſunt iudicat deus. Hec ap'lus. Pꝛecepto autē eccleſie ꝛ ſedis ap'lice omnes baptizati obligant̄ tancꝫ ipſiꝰ petri diuīa voce firmato. di. xix. Sic om̄es. ergo baptizati boni ꝛ mali ꝛ heretici confiteri obligant̄ ſaltem ſemel in anno. quia omnibꝫ ꝑ̄cipit eccleſia. Si ergo queritur an papa poſſit diſpēſare obligationē hmōi relaxando alicui ne teneat̄ confiteri. Reſpondet Richar. ſupꝛa. ꝛ ꝯcoꝛ. Tho. ꝙ q̄ꝫtum ad eſſentiam ꝓut obligat ex vi ſacramēti: non poteſt papa cum aliq̄ diſpenſare. quia contra ius diuinum vel contra euangeliū papa non pōt diſpenſare. xxv. q. j. Sunt quidam. Vnde non pōt papa diſpēſare ꝙ aliquis nullatenus teneat̄ ꝯfiteri. imo etiā ip̄e papa obligat̄ ꝯfiteri iure diuino ꝛ euangelico. Sed q̄ꝫtū ad circūſtātiā ẜm ꝙ obligat ex ꝑ̄cepto eccl'ie pōt cum aliq̄ diſpenſare ſcꝫ vt poſſit diutius confeſſionē differre. puta vltra annum. O ergo quāto periculo ſtant qui nō confitentur duobus aut tribus aut pluribꝫ annis. O peſſima chꝛiſtianoꝝ taliuꝫ malic

cia. Ve ve talibꝫ q̄ꝛ digni ſt̄ dānatiōe etna.

V Circa ſcōm de excuſa
tione ab obligatōe hmōi q̄rit. Quales ho
mines pn̄t excuſari ne teneant̄ ꝯfiteri in ca
ſu hmōi. Ad qd̄ notandū eſt ꝙ ꝓ generali
regula tenet̄ ꝙ nemo obligat̄ ad īpoſſibile
ff. de regu. iu. l. Impoſſibiliū. Ideoq̄ꝫ ab
obligatiōe faciēde ꝯfeſſionis excuſant̄ aliq̄
ex impoſſibilitate rationabili. Et iſti ſunt
ſex generꝫ homines.

Primo pueri nōdum dolicapaces.
Scd̄o amētes ⁊ rōne carētes.
Tertio muti loq̄ nō potētes.
Quarto idioma neſciētes.
Quinto ſacerdotē hr̄e nō valētes.
Sexto innocētes nullū pctm̄ habētes.

Iſti ꝓ q̄bꝫ modis excuſent̄ ⁊ q̄bꝫ nō: ꝓſe
quemur de ſingulis. Primo inquā pue
ri nondū dolicapaces excuſant̄. Ideo in p̄
dicta decretali notāter addit̄. poſtq̄ꝫ ad an
nos diſcretiōis ꝑuenerint ⁊c̄. Sed quis ſit
iſte annus diſcretionis glo. ibidē. ⁊ ſup. c. j.
de delictis puerorꝫ dicit. ꝙ puer ⁊ puella ſe
ptē annorꝫ dolicapaces ſūt. ⁊ ſic obligant̄.
⁊ ad ꝯfeſſionē ꝑ parētes debēt induci. Alij
dicūt ꝙ nō tenent̄ niſi tpe q̄ ſunt dolicapa
ces vt tenēt Rich. ⁊ Hoſtien. q̄ꝛ hmōi tem
pus diſcretiōis citius acceleratur in puero
vno q̄ꝫ in alio. Ideoq̄ꝫ de hoc debēt aduer
tere parētes i illis. q̄ꝛ ꝑire poſſūt. Sic exē
plum habemꝰ in libro dialo. de puero q̄n
q̄ꝫ annorꝫ blaſphemāte deū quē demones
violēter rapuerūt. Sꝫ quō poſſit agno
ſci puer dolicapax fore Nota ſm̄ Scotū in
iiij. di. xvij. ⁊ cōmuniter doct. ꝙ q̄n puer fa
cit iſta q̄ ſequūtur vel aliqd̄ horꝫ. obligat̄
ꝯfiteri ⁊ induci debet a parētibꝫ etiā cogen
do ad ꝯfeſſionē ante ſeptenniū. Primo q̄n
puer interrogatur ⁊ reſpondet ad interro
gatiōes ordinatas ordinate ad ꝓpoſitū. vt
exēpli gr̄a. interrogando. qd̄ eſt primū qd̄
ſcōm ſcꝫ in digitis vel in numeris vel in lu
dis ⁊ hmōi. vel in globulis dū ab eo aufe
runt̄ vel dant̄ plures vel pauciores ſi ꝑcipit
⁊ dolet fraudari. ⁊ ſic de alijs. Secūdo q̄n
vadens ad ecclīam facit ſigna diſcretionis
⁊ deuotionis diſcooperiēdo caput ⁊ hmōi
Tertio q̄n verecūdat̄ de malo alijs vidēti
bus. Nā vt dicit̄ Prouerb. xx. Ex ſtudijs
ſuis agnoſcit̄ puer. Et ſic patet ꝙ parētes
debent pueros inſtruere ⁊ ad ꝯfitēdum in
ducere etiā ante ſeptēniū. ſi ꝑceperit eos fo
re dolicapaces. q̄ꝛ oēs tales obligantur ad
ꝯfeſſionē al's mortaliter peccāt. Qꝛ ſi q̄s di
cat tales nō poſſe peccare in carnalibꝫ pec
catis. cogitet q̄ꝛ ſaltē mendacijs: vituperijs
⁊ hmōi plena eſt etas puerilis. ideo tutius
eſt ꝯfiteri debere. Vn̄ etiam q̄ꝫuis Anton̄.
flo. ꝑte. ij. ti. ix. c. viij. dicit. ꝙ puer vt in plu
ribus nō habet vſum rōnis niſi circa decē
annos. ideoq̄ꝫ de neceſſitate non obliga
tur antea ꝯfiteri ſicut nec cōmunicare. Tñ
piū inq̄t ⁊ laudabile eſt p̄dicare vt parētes
aſſuefaciāt ꝯfiteri filios ſeptēnes ⁊ q̄nquē
nes. Hec ille. Scd̄o amētes excuſantur
a ꝯfeſſione. q̄ꝛ nec mereri nec demereri poſ
ſunt. ſed ſunt in ſtatu ſaluatiōis vel damna
tionis ꝓut erant quādo ꝑdiderunt ſenſum
⁊ in eodem ſtatu ꝑſeuerant. extra de bapti
ſmo ⁊ eius effectu. c. maiores. obligātur tñ
tales ad ꝯfeſſionē q̄n habent lucida inter
ualla. Tertio excuſant̄ muti: q̄m nō poſ
ſunt loquendo ꝯfiteri. Quarto idioma
ignorātes eadē rōne. X Sed de vtriſ
q̄ꝫ Rich. ſup̄ dicit ꝙ nihilo minꝰ tenent̄ ta
les cōfiteri ſigno vel nutu eo modo q̄ pn̄t.
xxvj. q. vj. Qui recedunt. Sed di. Nun
quid ignorātes idioma tenentur confiteri
ꝑ interpretē vel ꝑ ſcriptū. Rn̄det̄ ſm̄ Sco.
in. iiij. di. xvij. ⁊ Rich. ꝙ licꝫ aliqui dixerit
ꝙ ſic. tamen verius dicendū eſt ꝙ non tenē
tur confiteri niſi ꝑ ſignū vt muti. quia nul
lo iure nec diuino nec poſitiuo eſt conſtitu
tum vt quis ꝑ interpretē confiteat̄. nec vi
detur tutū plus artare aliquē ad confeſſio
nem q̄ꝫ artet̄ per ip̄a iura. Deniq̄ꝫ nec ꝑ ſcri
ptum debet confiteri. quia eſt contra ratio
nem ſacramenti qd̄ requirit confeſſionem
verbo oris. Ideo nullo modo debet facere
confeſſionē ꝑ ſcriptum. ſed ſufficit confiteri
per ſignum. Hec ſm̄ Scotū ⁊ in angelica
Quinto excuſant̄ ſacerdotem non habē
tes. ſed ſufficit deo ꝯfiteri. Unde ſi que
ratur An cōfeſſio faciēda ſit laico quando
non poteſt haberi ſacerdos. Rn̄detur ſm̄
Scotū. Richar. Pe. ⁊ cōmuniter theolo.
in. iiij. di. xvij. ꝙ licꝫ magiſter ⁊ Aug. de pe.
diſt. j. Quē penitet. ⁊ alij dixerint ꝙ debet
ſaltem in articulo mortis confeſſio fieri lai

co abſente ſacerdote. tñ veriꝰ dicendū ꝙ nō
req̄rit̄ de necītate: ſꝫ de ꝯgruo ꝓpt̄ meritū
hūilitatꝫ licꝫ ꝯfiteri laico ſolum in articulo
mortis: tñ nō eſt neceſſe. al's aūt nō licet: q̄ꝛ
ſine vtilitate ꝑderet talis ſeip̄m ei q̄ nō pōt
abſoluere. Sexto excuſant̄ innocētes nul
lū pctm̄ habētes. Sed q̄m Bona. dicit ꝙ
vix poſſibile eſt ſm̄ ſtatū viatoris vt aliq̄s
vnū diē vel ſeptimanā tranſeat ſine remor
ſu venialis pcti: ⁊ a fortiori ꝙ trāſeat annū
eſt impoſſibile. nec credi pōt in aliq̄ hoc do
nū fore niſi in chr̄o ⁊ eiꝰ matre. ideo vnuſq̄ſ
q̄ꝫ debet habere ꝯſcientiā ſaltē de veniali
bus ⁊ confiteri. Vel ſaltem ſm̄ Rich. tenē
tur tales (vt ſatiſfaciāt precepto ecclīe) ſe re
p̄ſentare ſacerdoti dicētes ſe nō habere con
ſcientiā pcti mortalis. O ḡ pctōres exper
giſcimini ⁊ confitemini ⁊c̄. Y

Circa tertiū de ſupera
tione verecundatiōis. Ex quo diabolus ni
titur multos a ꝯfeſſione retrahere ꝑ vere
cūdationē pudoris de pctō: maxime ſuper
bos: hypocritas ⁊ mlīeres: idcirco hic opꝰ
eſt ſubiungere qualiter q̄libet homo poſſit
ſuꝑare verecūdatiōis tentationē vt fortit̄
currat ad ꝯfeſſionē. Et ꝓ hoc nota ꝯſidera
tiones tres multū valere. Prima diuina
lis intuitionis. Nam ꝯſiderare debes o tu
peccator ꝙ quātūcūq̄ꝫ celes pctm̄ tuū deꝰ
bene videt: ⁊ punit: ideo confitere vt remit
tat. Ambro. lib. ij. de pnīa ca. viij. Quid ve
reris confiteri pctā tua: nouit omnia deus
ſed expectat vocem tuam vt tibi ignoſcat.

Exemplū ad id eſt qd̄ narrat̄ in geſtis
rhomanorꝫ: ꝙ rex quidā vidēs ī ſuo regno
multos fore malefactores: talē legē ſtatuit
vt ſaltem aliquibꝫ fieret miſ̄icordia: ꝙ vicꝫ
quicūq̄ꝫ morti iudicatus poſſet dicere tres
veritates tales: vt nullꝰ eis obijcere poſſet:
mortē illa vice euaderet. Accidit aūt inter
multos quendā dep̄hendi de latrocinio: ⁊
morti eſt ille adiudicatꝰ. Ille aūt cogitans
quia oēs ſcirēt ſuā maliciā ⁊ iam deberet
occidi: dixit tres veritates ſe fateri. Primā
dixit. A principio ſemꝑ malus fui ⁊ mala
feci. Reſpondit iudex ⁊ qui illum nouerāt.
Verum dicis ideo nunc mori iuſte debes.
Secundā veritatē ait. Mihi diſplicet val
de ꝙ in iſta forma mori me oportꝫ. Reſpō
derunt omnes. Credimus hoc. Tertiā ve
ritatē dixit. Si hac vice euaſero nunq̄ꝫ ego
ad iſtū locum iudicij ⁊ formā huius mor
tis voluntarie veniā. Omnes rn̄derūt. Cre
dimus. Et ſic liberatꝰ eſt ab illa morte iu
xta decretū regis. Sic deꝰ ſtatuit ꝙ homo
qui confitet̄ peccata: que licꝫ nouit deus iu
dex ⁊ angeli: ⁊ ſi eidē pctm̄ diſplicet ⁊ caue
re de cetero ꝓponit: liberet̄ a morte eterna.

Z Secūda cōſideratio in iudicio fina
lis ꝯfuſionis. vn̄ Augꝰ. de viſitatione infir
morū ſermone. ij. dicit. Heu cur erubeſcis
o homo confiteri quod facere nō erubuiſti
Lautius eſt corā vno confeſſore aliq̄ntulū
ruboris ſuſcipe q̄ꝫ in die iudicij coram tot
milibꝫ hoīm mūdi graui notatu erubeſce
re. Hec ille. Et de talibꝫ hoībus exemplū
ſumamus ex ſententia Amb. li. ij. de apolo
gia. ꝙ in hora extrema iudicij omnis qui ce
lauit pctā ſua clamabit dicen̄. Ve mihi in
felici: ve mihi maledicto pctōri: latere cupi
ui ⁊ latere nō potui. Sed ecce in faciē meā
nudant̄ omnia pctā mea coram toto mun
do: ergo ve mihi. O ſi confeſſus fuiſſē nō
confunderer nec damnarer: nunc aūt cōfu
ſus de omnibꝫ eternaliter cruciabor. Ter
tia cōſideratio crucis chr̄i ⁊ paſſiōis. Nam
ſi tu o homo cogitas ꝙ magna tibi verecū
dia eſt confiteri pctā ſcꝫ tua conſidera q̄ntā
erubeſcentiā pro te ſuſtinuit manifeſte chri
ſtus dn̄s. quia inter latrones crucifigi de
nudari ⁊ vilipendi voluit: ergo eius amore
ſuſtine tuam erubeſcentiam. Si graue tibi
videtur humiliari: cogita caput eius ſpinis
coronatum ⁊ inclinatum in cruce. Si gra
ue eſt tibi cōfiteri turpia vicia cogita quot
⁊ qualia pro te ſuſcepit chriſtus vulnera in
ſuo toto corpore virgineo: quō plorauit ꝓ
tuis peccatis vt ⁊ tu plores: afflictus eſt vt
tu in penitentia te caſtiges. Exemplū le
gitur in ſpeculo exēplorꝫ de pluribꝫ: ſicut et
de Alexā. de ales: ꝙ cum graue reputarent
onus penitentie in ordine ſufferre apparuit
eis chriſtus dn̄s q̄ſi ſanguinolētus crucem
trahens in dorſo. ⁊ quaſi talia illis dicen̄.
Ecce ego qui multo te delicatior fui: vtpo
te virginis filius: multo te honorabilior et
dignior: vtpote rex regum ⁊ deus. ⁊ ſic no
bilior ⁊ ſapientior ⁊ omni bono p̄clarior: q̄n
tam penitentiā ſuſtinui in cruce ꝓ peccatis

tuis. quantū ſanguinē fudi. q̄ntā ꝯfeſſionē ⁊ verecūdiā ꝑtuli. ⁊ ceťa hm̄oi. O ḡ tu mi-ſer pctōꝛ diſce amoꝛe chr̄i ⁊ tu pn̄iaꝫ agere ⁊ verecūdiā ꝯfeſſiōis ſuſcipe: vt euadas toꝛ-mēta gehēne: ⁊ ꝯſequi p̄emia vite eterne. Rogemus ḡ chr̄m dn̄m ⁊c̄.

Dn̄ica eadē poſt prandiū Sermo. xxx. ſcꝫ de confeſſionis diuina acceptatiōe ⁊ q̄-litate ſacramentali.

Qui abſcon-derit ſcelera ſua nō dirigetur: qui aūt confeſſus fuerit ⁊ reli-querit ea miſericoꝛdiam con-ſequetur. Prouer. xxviij. A In quib⁹ docet ꝙ deus multū odit nō ꝯfitētes ⁊ ſū-me diligit ꝯfeſſionē. qꝛ ſicut Aug⁹. de pe. di. j. c. Que penitet. dicit. Juſticia dei da-mnat ſcꝫ pctōꝛē īpenitētē. ſed dign⁹ eſt mi-ſericoꝛdia: q̄ ſpūali laboꝛe ſcꝫ pn̄ie petit gra-tiā. Laboꝛat eīm mēs patiēdo in ꝯfeſſione erubeſcētiā: qm̄ verecūdia magna eſt pena. ſed q̄ erubeſcit ꝓ chr̄o. ſ. ꝯfitēdo: fit dign⁹ miſcd̄ia. Hec ille. Pro exēplo videmus ſicut docet Joānicius in li. de oꝛganizatio-ne coꝛpis hūani. ꝙ in cūctis ꝓxime moꝛitu-ris aut moꝛtuis tria fieri ſolēt. Unū ꝙ pe-ctus ſolito alti⁹ eleuať. qꝛ ob fluxū ſanguis ad coꝛ vt ip̄m adiuuare poſſit pect⁹ altius intumeſcit. Scōm fit ꝙ viſus frangitur et introꝛſum decidit ocul⁹ aliꝙ̄tulū. Tertiū fit ꝙ os apiť. ⁊ h̄ ꝓpter difficultatē reſpira-tionis ſcꝫ trās gutturis regionē. Iſta fiūt in hoīs agone: pro quo tp̄e debet ſe hō ad miſericoꝛdiā ꝯſeq̄ndā p̄parare. Sic ſpūali-ter oīs aīa que pctō moꝛtali moꝛtua eſt: vt d̄r Ezech. xviij. Aīa que peccauerit moꝛieť in pctō ſuo. ſꝫ ſi vult ſe p̄pare ad miſericoꝛ-diā a deo ꝯſequēdam debet primo pectus ſuū eleuare ad ſpem in deo ponendā. quia Ps̄. teſte. Sperantē in dn̄o mi̇ſcoꝛdia cir-cūdabit. Scōo debet oculos frangere ad fletū pn̄ie. Tercio dꝫ os ſuū apire in pctōꝝ ꝯfeſſiōe. Proinde ꝓuerb. vbi ſupꝛa ſcribiť. Qui abſcōderit ſce. nō dirigeť ſcꝫ ad ſalutē qui aūt confeſſus fu. ⁊c̄. Itaq̄ꝫ de ſacra ꝯfeſſione tria myſteria ꝑ ſer. declarabim⁹. Primū de ꝯtēnentiū diuina deteſtatiōe

Scōm de ꝯfitētiū diuina dilectiōe.
Tertiū de ꝯfeſſiōis ꝓpꝛia diffinitione.
Itē ſi placet potes ponere aliud thema ex autoꝛitatib⁹ ſubſcriptis.
Circa p̄mū de ꝯtēptu ꝯfeſſionis: quia oppoſita iuxta ſe lucēt amplius. B

Circa ſecundū ergo ſi-mul ⁊ de ꝯfeſſionis diuina dilectiōe notan-dū ꝙ bn̄dictus de⁹ omni lege oſ̄dit ꝙ vicꝫ multū odit ⁊ dānat eos q̄ nolunt ꝯfiteri: ac ſūme diligit hoīes pctā ſua libēter ꝯfiten̄.
Primo oſtēdit lege paradiſica.
Scōo lege nature intrinſeca.
Tertio lege diuina ⁊ ꝓphetica.
Quarto lege euangelica.
Quinto lege ap̄lica.
Sexto lege canonica.
Septimo lege ph̄ica.
Ultimo lege ciuilica.
Primo lege paradiſi. Nam de⁹ Gen̄. ij. p̄-cepit hoī ne comederet de ligno vetito: ne moꝛtis neceſſitatem incurreret. ſed homo deceptus a ſerpēte tranſgreſſus eſt p̄ceptū Volens aūt deus hoīem ad penitentiaꝫ et confeſſionē inducere dixit eidē. Adam vbi es: vbi gloſa dicit. Uerba ſunt vocātis ſcꝫ ad pn̄iam ⁊ ad ꝯfeſſionē inducentis. Hec gloſa. Sꝫ quare hoc niſi quia amauit ideo optauit confeſſionē deus quaꝫ quia homo facere renuit ſed pctm̄ excuſauit in mulierē retoꝛquēdo: ⁊ mulier in ſerpentē. ⁊ ꝯſequē-ter in deū. ideo deus illos de ꝑadiſo expu-lit ꝓ ſigno odij. quos ſi confeſſi fuiſſent ex amoꝛe penitentie non expuliſſet: ſm̄ docto. Proinde de pen̄. diſ. j. §. deniq̄ꝫ. Gratian⁹ tacitā queſtionē mouet ſcꝫ quare p̄mi parē-tes a dn̄o de culpa ſunt requiſiti in paradi-ſo. ſerpens aūt nō eſt req̄ſitus. Rn̄det ꝙ ſcꝫ Quia deus volebat vt p̄mi parentes pec-catū quod trāſgrediēdo cōmiſerāt confitē-do delerēt. ſerpens aūt: Glo. i. diabolus in ſerpente loquēs de culpa requiſitus nō eſt quia ꝑ ꝯfeſſionē non reuocabať ad veniā. Hec ille. Ecce ergo patet ꝙ deus intantuꝫ diligit confeſſionē hoīs ꝙ nō ſolum veniā pctōꝝ preſtat: ſed inſuꝑ paradiſum celeſtē dat confitēti. ⁊ nō confitentes odit adeo ꝙ de paradiſo eijcit ⁊ dānat. O homo quare nunc pateris oēs miſerias hui⁹ vite: famē

ſitim: infirmitates ⁊ moꝛtē: niſi q̄a p̄mi pa-rentes noſtri nō ſunt cōfeſſi. q̄nto magꝭ pu-nieris in inferno ſi nō ꝯfiteberis. Secū-do oſtendit lege nature in Cain ante dilu-uium: cui dixit Gen̄. iiij. Ubi eſt Abel fra-ter tuus. Qui vt Gratian⁹ dicto. §. Deni-q̄ꝫ. d̄r. ex q̄ ſupꝫbus peccatū confiteri noluit ſcꝫ fratricidij. ſed poti⁹ mendaciť negando dn̄m fallere conat⁹ eſt dicen̄. Neſcio. Nun-q̄d cuſtos fratris mei ſum ego: venia indi-gnus extitit ⁊ deſꝑatus vagus ⁊ ꝓfugus. Et in ſignū maximi odij de⁹ eum maledi-xit di. Nūc ergo maledict⁹ eris ſuꝑ terram: et poſuit in eo ſignū. Lyra. hoc eſt tremoꝛē hoꝛribilē oīm mēbꝛoꝝ: vt abomīabilis d̄o et oīb⁹ hoīb⁹ redderet. Et ꝑ hec ſignifican-tur oēs q̄ pctm̄ ſuū cōfiteri diſſimulant: vt dicit Gratian⁹ s̄. Item poſt diluuiū oſten-dit in ꝟbis Job. x. dicēs. Loquar in ama-ritudine aīe mee dicam deo: noli me cōde-mnare. q. d. Si loquar cōfitendo in amari-tudine pn̄ie non cōdemnabis me. Et iterū xxxj. dicit. Si abſcondi q̄ſi homo peccatuꝫ meū. Lyra. i. ꝑut m̄lti hoīes ſolent. Infra ſequiť. Quis mihi tribuat vt deſideriū me-um audiat oīpotens: q. d. non. ergo ⁊c̄.
Tertio oſtendit de⁹ lege diuina ⁊ ꝓphe-tica ꝙ diligit confitentes ⁊ odit nō confitē-tes. qꝛ Leuit. xxvj. d̄r dn̄s. Propť pctā af-fliguntꝛ donec confiteanť iniq̄tates ſuas q̄-bus p̄uaricati ſunt in me: tunc oꝛabūt ⁊ re-coꝛdaboꝛ federis mei ⁊c̄. Ex quo patet ꝓ-poſitū. Itē ꝓpha p̄ſ. xxxj. Dixi confiteboꝛ aduerſuꝫ me iniuſticiā meā dn̄o: ⁊ tu remi-ſiſti impietatē pcti mei. Itē Prouer. vbi s̄ in themate exp̄ſſe hoc patet. Et Ecc̄i. iiij. Pꝛo hūilia aīam tuā: nō ꝯfūdarꝭ cōfiteri pctā tua. Et c. xvij. Añ moꝛtē cōfitere pec-cata tua. Itē Eſa. xliij. Narra ſiq̄d habes vt iuſtificerꝭ. Ex q̄b⁹ patet ꝙ ſcꝑture ſacre ideo monēt nos multipl'r ad confeſſionem q̄a deus amat illam. Quarto oſtēdit le-ge euāgelica. qꝛ in ſignū amoꝛis chr̄s p̄rece-pit confeſſionē: et ꝑ conſeq̄ns damnat non cōfitentes. et patuit ſer. xxvij. K Quinto lege ap̄lica. Nam Jaco. v. ſcribiť ſic. Infir-matꝛ q̄s ex vobis: inducat pb̄ꝛos eccleſie et oꝛent. Et infra. Confitemini ḡ alterutrum pctā vr̄a ⁊ oꝛate ꝓ īuicem vt ſaluemi. Hec ibi. Suꝑ quo Rich. d̄r ꝙ oſ̄ditur ꝯfeſſio

di.q̄ntũ ꝑmittit hũana fragilitas. Sic em̃
aſſerere nõ eſt mortale.vt ð̄r in Angelica.
F Sexto exigendo ꝑiuriũ ab alio. Vñ
Aug.xxij.q.v.ca. Qui exigit(inquit) iura
tionẽ multũ intereſt ſi neſcit illũ iuraturum
falſum an ſcit. Si enim neſcit ⁊ ideo ð̄r Iu
ra mihi: vt fides ei ſit: nõ eſt pctm̃.tñ hũa-
na tentatio eſt. Si aũt ſcit eum feciſſe ⁊ co
git eũ iurare: homicida eſt. Ille em̃ ſe ꝑiu-
rio interimit.ſed iſte manũ interficiendi im
p̄ſſit.hec ibi. Sed di. Quid ġ mihi cuꝫ ille
me damnificauit.nec vult reſtituere ſꝫ vult
peierare diuo. Rñdetur ꝙ in iudicio nõ de
bes ad eius fideꝫ hoc cõmittere Itẽ iudex
ſi ꝑcipit aliũde: tenet᷑ ſi iuris ordine p̄ōt vi
am tenere vt nõ ꝑmittat tali peierare.ſed
potius alteri parti quã putat veridice pce
dere iuramentũ imponat.⁊ teſtes adhibi-
tos diligenter examinet Exemplũ bonũ
legit᷑ ad id in geſtis rhomanoꝝ.ca.cxxviij.
ꝙ regnãte Maximiano q̄dã miles iuſtus
mortuus eſt.cuꝰ p̄dia alius miles cupidꝰ
volens poſſidere: chartam ſibi ſcribi fecit ⁊
falſos teſtes tres ꝯduxit q̄ teſtarent᷑ ꝙ pre-
dia illius pecunia emiſſet ab illo dum viue
bat. Mota ergo lite cũ filio defuncti ⁊ ad-
hibitis teſtibꝫ: iudex prudens vocato vno
teſtiũ interrogauit euꝫ ſecrete an ſciret dñi-
cam orationẽ. At ille. Scio. Dic inq̄t.⁊ re
citauit.huic ġ ſtatim iuſſit intrare i domũ
Euocato altero dixit ſecrete audientibus
coaſſeſſoribꝫ ſic: Chariſſime ecce ſocius tu
us dixit nobis ita verꝝ ſicut pr̄ nr̄.ideo ſcito
ꝙ niſi ⁊ tu veritatẽ fatearis ad patibulũ te
iudicabimꝰ. Iſte ġ putauit ex h̄ ꝙ ſocius
ille p̄mus eiſdẽ veritatẽ aperuerit ⁊ timens

totã ꝟitatem faſſus eſt. Quo ſeorſum ſepa
to Tertiuꝫ vocauit ⁊ dixit. Ecce p̄mꝰ vꝫm
ita verꝝ dixit ſicut pr̄ noſter. Scðs q̄ꝫ veri-
tatem dixit. Niſi ġ ⁊ tu ꝟitatem fatearꝭ: pa
tibulo iudicaberis. Et ſic iſte pertimeſcens
ꝟitatem faſſus eſt et fraudem apuit Et ſic
actor conuictus fuit de iniq̄tate.
G Circa tertiũ de pu
nitione Nota ꝙ peierãtes multꝭ modis pu
niunt᷑. Pꝛio q꜡ infames efficiũt᷑.vj.q.j. In
fames.et reſtitutioneꝫ de dãno tenent᷑. Se
cũdo q꜡ ꝯuicti ad teſtimoniũ in iudicio nõ
admittunt᷑ etiã poſt pniam.ibidem Tertio
terribilr mala morte a deo ⁊ aduerſitatibꝰ
puniunt᷑. Nam vt habet᷑.ij. Reg.xxj. Tpe
Dauid facta eſt fames tribꝫ ãnis ꝓpt᷑ hoc.
ſcꝫ ꝙ Saul iuramento filioꝝ iſrl' Gabao-
nitis firmato fracto: mltos gabaonitaꝝ oc
ciderat.nec ceſſauit fames vel ſterilitas do
nec filij Saul occiſi ſunt. Item Sedechi-
as poſtq̄z fregit iuramentũ fidelitatꝭ factũ
Nabuchodonoſor: ſterilis effectus eſt et in
nullo ꝓſperatus.ſed tandẽ captus ⁊ exocu
latus. Hiere.xxij. Deniq̄z in vita ſcti Nico
lai legit᷑: ꝙ quidã dum artificioſe perierauit
mutuatã iudeo pecuniaꝫ reſtituiſſe.di.hoc.
eo ꝙ in baculo cauato illi tenenduꝫ interim
dederat: male fuit mortuus. Deniq̄z ꝑiuri
in futuro eternalr cruciabunt᷑ Vñ in ſpecu
lo hiſtoriali Vincẽ.li.x.c.cxv.ð̄r.ꝙ in Ale-
xandria quedã vidua ditiſſima noie Me-
lantia: in iudicio accuſauit Eugeniã ꝟginẽ
de ſtupro.⁊ oĩs familia vidue falſuꝫ dedit
teſtimoniũ. Et ecce non diu poſt vidue do-
mus cum om̃ibꝰ ibi exiſtentibꝫ celica flam
ma fuit combuſta. Rogemus ġ ⁊c̃.

Feria q̄nta poſt dñicaꝫ q̄rtam Sermo
xxxiiij.de iuramẽto debite et licite faciẽdo

A Ccepit oẽs
timor et magnificabãt deuꝫ.
Lu.vij.⁊ in euãge.ho. Dñs
Ieſus poſtq̄z ſuſcitauit defunctũ filium vi
due in porta ciuitatꝭ Naym corã diſciplis
et multitudĩe ꝓpli: accepit oẽs timor ⁊ deũ
magnificauerũt. In q̄ docemur nos chꝛia
ni ꝙ poſtq̄z ſcimꝰ ex euãgelio qm̃ chr̄s ve-
nis ð̄s q̄ vſq̄z mõ et in finẽ mũdi nõ ceſſet

mortuos ſuſcitare ſpũalr ⁊ corꝑalr miracu
loſe Nã ꝑſertim in fine mũdi ſuſcitabit oẽs
mortuos hoies ad iudiciũ vt fides catholi
ca tenet. Idcirco debemꝰ timere ne ipꝫ de-
um offendamꝰ: irreuerenter et ꝑſertim illi-
cite iurãdo: ſꝫ potiꝰ magnificemꝰ ipm̃ omĩ
reuerẽtia: debito cultu et licito iuramẽto: vt
poſſit ꝟificari in nob́ hoc q̄d ð̄r. Accepit ti
mor ⁊c̃.ꝑꝫ in euãgelio. Itaq̄z ð timore ð̄i
in iuramẽto obſeruãdo ⁊ magnifica reuerẽ
tia nois domini inuocãdi in ipo: tria myſte-
ria in hoc ſermone reſtant declarãda
Primũ de iuramẽti liciti circũſpectione.
Scðm de iuramenti legitimi ꝯdiciõe.
Tertiũ ð iuramẽti aſſuefacti remediatõe.
Itẽ ꝓ his aliud thema p̄t poni illud Hie.
re.iiij.c. Iurabũt in noĩe meo viuit dñs in
veritate ⁊c̃.vel aliq̄ð ex intraſcriptis
H Circa primum de
circũſpectiõe licite iuratõnis: Notãdũ ꝙ ex
oĩ lege et ſerie ſcꝑture tenet᷑ hõ vt ſit valde
circũſpectꝰ in iuramẽto ad faciẽdum licite.
Pꝛio ex lege naturali q̄ dictat hoi ꝙ deuꝫ
ſũmo honore reuereat᷑: et fidel' ſit ꝓxio in ꝓ
miſſis.ġ ⁊c̃. Proinde ſꝫ Tho.ij.ij.q.xcviij
Si paganꝰ etiã ꝑ idola iuraret: lꝫ peccet iu
rãdo.tenet᷑ tñ ſuare iuramentũ factũ de re
in ſe licita.q꜡ fidelitas in ꝓmiſſis eſt de iu-
re naturali. Et licet non ſit licitũ exigere ab
infideli vl' inducere vt per idola iuret.tñ ad
firmandũ pacem vel pactũ cum eo de re li
cita: non eſt illicitũ vti eiꝰ iuramento.rõe.ſ.
fidelitatꝭ ad quã ille tenet᷑. Et ſic Macha
bei cũ fecerũt ligã cũ rhomanis vſi ſunt iu
ramento eoꝝ vt credit᷑ ꝑ idola q̄ colebant.
ſicut ð̄r.xxij.q.j.§.ſic etiam. Vñ dꝫ homo
circũſpectus eſſe in iurãdo. Scðo ex lege
diuinali.quia deꝰ ꝑcepit Exo.xx. Nõ aſſu-
mes nomen dei tui inuanũ. Contra q̄d ꝓ-
ceptum peccat q̄s duplr Vno mõ qñ aſſu
mit nomen dei iurãdo ſine cã debita: vt di-
cit Lyra ibi. Scðo qñ aſſumit invano.i.in
falſo q̄d nõ hꝫ firmamentũ ꝟitatꝭ: vt ꝑꝫ ꝑ
glo.interli.⁊ Tho.ij.ij.q.xxij. I Ter-
tio ex lege ꝓpheticali Zach.viij. Iuramẽtũ
mendax ne diligatis.hec em̃ odit deꝰ. Itẽ
Eccl.xxiij.cap. Vir multum iurãs imple-
bitur iniquitate et non diſcedet a domo illi
us plaga. Etſi in inuacuũ iurauerit Lyra.

id eſt ſine cā debita non iuſtificabit̃.replebi
tur eīm retributōe peſſima dom⁹ illi⁹. Hec
ibi Lyra. qꝛ aliqñ etiā filij puniunt̃ ꝑ parē
tibꝫ tpaliter ꝑ aduerſa Nā et filij audiētes
pr̄em freqnter vane iurantē: ꝯſilem modū
et ipi accipiunt. Vñ ſm ꝓuerbiū cōe tales
nūq̄ ꝓſperāt̃ poſtq̄ peierauerint Quar
to ex lege euāgelicali.ptꝫ Mat.v. Audiſtꝭ
qꝛ dcm̄ eſt antiqs. Nō peierabis. Reddes
aūt dño iuramēta tua. Ego aūt dico vobis
nō iurare oīno neq̄ ꝑ celū neq̄ ꝑ terrā ne/
q̄ ꝑ caput tuū. Hec ꝛ pl'a ibi. Ubi notāt
doctores q̄ chr̄s dñs nō ꝓhibet nec vult di
cere q̄ in nullo caſu debeat q̇s iurare: cū in
caſu ncītatis et magne vtilitatꝭ rōnabil'r p̄t
et dꝫ hō iurare. Vñ et ſctōs hoīes legim⁹
iuraſſe. Dauid. Abraā. ꝛ Pauluꝫ in ep'lis
ſ[ui]s Al's h̄ ꝑtinacit̃ dicere q̄ nūq̄ liceat iu
rare: ꝑtinet ad hereſim. Sꝫ ꝓhibet chriſt⁹
iurare ſine cā et incaute vel indiſcrete: tam ꝑ
nomen dei q̄ ꝑ creaturas. vt dī Lyra. Nā
ſm Bonaue.in.iij.di.xxxix.et cōit̃ logicos.
Negatio ꝓpoſita ſigno vl'i eq̇pollet ꝑticula
ri negatiue. Vñ chriſt⁹ di. non iurare oīno.
hūc ſenſum vult dicere. nō iuretis omī mo
do vel non ſp. qꝛ ſine cā ꝛ neceſſitate non eſt
iurandū: ſed aliqñ cū debitꝭ circūſtātijs iu/
randuꝫ eſt. Hec in Antoñ. Quinto lege
canonicali. Nam.xxij.q.v. Chryſ.ca. Qui
peierare (inquit) ꝑatus eſt anteq̄ iuret per/
iurus eſſe videt̃ corā deo. Et poſtea cū iu/
rat cum ſolennitate grauı⁹ eſt pcc̄m. idō ſol
licite cauendū eſt. Sexto lege ciuili q̄ ꝓ/
hibet ꝛ varie punit corꝑaliter truncādo ꝑ/
iuros tāq̄ infames. ff. de iureiurā. ꝛ ꝑ'tibꝫ.
K Ultimo ex lege gētili ꝛ phīcali Naꝫ
Ariſtoteles.j. Metaphy. dt̄. q̄ iuſiurāduꝫ
apud gētiles erat honoratiſſimū ꝛ nll'o mo
do putabant licere ꝯ illud venire. Vñ Va
lerius refert li.vij.ca.iiij. q̄ Alexā. dum iret
ad diruendū Lapſacū ciuitatem: obuiauit
ei q̇dam ſibi charus p̄ceptor Anaximenes
quem Alexāder ſciens q̄ p̄ces ire ſue oppo
neret: iurauit ſe non facturū q̇cq̇d ille pete/
ret. Tūc ille ait. Precor vt Lapſacum di/
ruas. ꝛ ſic vrbs illa ſaluata eſt. Itēꝫ narrat
Uirgilius.ij. Eneid. q̄ cum Aſaricus vel/
let edificare Troiam: ꝛ videns q̄ op⁹ iſtud
vires proprias excedebat: iurauit in deo q̄
viꝫ ſi eum adiuuaret ſingulis annis certa
ſacrificia offerret. et ſic fuit edificata ipſa.
Cum poſtea a ſacrificijs deſtitiſſent ill'troy/
iani: per grecos fundit⁹ ſunt deleti. Et hec
ſufficiāt. Unde ex oīnibꝫ iſtis ptꝫ q̄ q̇ illi/
cite iurat ꝯ oīnes leges peccat

L Circa ſecunduꝫ de
condicione iuramenti: Nota ſm Hoſtieñ.
Goff. ꝛ in Angelica ſeptē ſunt attendenda
in omī iuramento vt fiat legitime. v. Quis
cui ꝑ quo ꝑ q̄d ꝛ cur q̄uo qñ Primo q̇s
p̄t legitime iurare. Et rñdet̃ ſm doc. predi
ctos. q̄ois q̇ eſt dolicapax Vñ nec pueri q̇
nō ſunt dolicapaces obligant̃ ex iuramēto
xxij.q.v. ꝑuuli. nec etiā admittūt̃ ad iurādū
Sil'r etiā nec furioſi: amētes: nec ebrij oīno
Scdō cui fiendū eſt iuramentū. Rñdet̃
q̄ in iudicio iudici cōpetenti: ſed extra iudi
cium p̄t fieri cuicūq̄. M Sꝫ di. An
peccat ꝑſona ꝓuata q̄ cū dubitat de ṽitate
puta q̇s ex ſuis in domo furat⁹ ſit hoc vel
illud. ꝛ in hmōi caſu exigit iuramentuꝫ ab
illis. Rñdet̃ ſm Aug.xxij.q.v. Qui exigit
q̄ veniale pcc̄m eſt. qꝛ ex infirmitate huma
na ꝓcedit. Sed dū ſcit ṽitatem ꝛ cogit fal
ſum iurare illū quem ſcit peieraturū: morta
liter peccat. Et ideo nunq̄ eſt deferenduꝫ
iuramentū illi ꝯ quem eſt vehemens ſuſpi
cio de peierando. al's mortal'r peccat defe
rēs. niſi hoc faceret q̇s vt ꝑſona publica ex
ordine iuris ad inſtantiā ꝑtis. qꝛ ſic ſm Ri
char.in.iij.di.xxxix. non peccaret. tñ q̄ntum
iuris ordo admittit debet iudex imponere
iuramentū ei quem putat nō peierare. Itē
addit̃ in Angelica q̄ etiā ille q̇ dat iuramē
tū vt ꝑſona ꝓuata iſti quem ſcit falſum iu/
ratuꝝ: qñ iſte eſt diſpoſit⁹ iam peierare. pu
ta qꝛ obtulit ſe iurare. non peccat ille q̇ dat
faciendo ex aliq̄ rōnabili cā. ſed ſi induceret
vel cogeret non diſpoſitū iurare: eſſet mor
tale. Et ſic intelligit̃. c. ille.xxij.q.v. Nam q̇
ꝑatus eſt peierare iam ꝑiurus ē ſm Chry
ſoſtomū. Tertio pro quo p̄t iurari. Re/
ſpondet̃ q̄ pro re licita iuſta ꝛ honeſta. Nā
ꝓ illicita. puta pro peccato mortali: non te/
net iuramentū. quia vergit in interitū ſalu/
tis eterne. Sil'r qñ quod iurat̃ eſt peccatuꝫ
veniale in ſe. Vel quādo iuratur ꝯ cōſilia
euāgelica. puta q̄ non efficiet̃ religioſus. et
hmōi. Sil'r qñ iuramentū excludit op⁹

ꝑia intentione faciendū ꝓ deo. vt iurans q̄
nunq̄ mutuabit vel nō erit ꝓ aliquo fide/
iuſſor: vel nō ibit ad domū alicui⁹. Itē qñ
vergit iuramentū in diſpendiū corꝑis ma/
gnū vl' reipublice. vt q̄ nūq̄ erit iudex ꝛc̄.
Hec ꝛ pl'a in Ange. N Quarto ꝑ q̇ō
liceat iurari. Et rñdet̃ q̄ iuramentū fit ali/
qñ nō ꝑ aliq̇ō ſed ſolo ſmone. ſicut in vete
ri lege dr̄. viuit dñs. vel in noua Teſtis eſt
mihi de⁹. vel: veritatē dico in chr̄o. Itē te/
ſtis eſt mihi ꝯſcia. vel ꝑ deū dico. vel ꝑ fi/
dē. vel ꝑ aīam. Aliqñ fit ꝑ aliq̇d vt ꝑ euan
geliū vel crucē vel ꝑ ſctōs ꝛ reliq̇as vel per
ordinē ſacrū. xxij. q.j. ſi aliqua. Sꝫ q̄rit̃ an
liceat iurare ꝑ creaturā Rñdet̃ ſm Bona.
in.iij. ꝛ in Angelica q̄ iurare ꝑ creaturas:
ſic q̄ inuocent̃ in teſtem ſm ſe. ſic non licet.
ne honor dei transferat̃ ad creaturā. Naꝫ ꝑ
eas iurare ſic eſſet in eis credere aliq̇d nu/
minis rōne cuius poſſet veritas cōfirmari
Et ſic intelligit̃ illud. Matth.v.ca. Dico
vobis nō iurare oīno neq̄ ꝑ celuꝫ neq̄ per
ter. ꝛc̄. Si tñ creaturā inuocaret q̇s in teſteꝫ
inq̄ntū relucet in ea diuine ṽitatꝭ veſtigiuꝫ
ſic licet. qꝛ ſic iuraret per deū. ſicut Ioſeph
dixit fratribꝫ Per ſalutem pharaonis non
exibitis hinc. i. ſic det deus ſalutem. Vñ ō
iurare ꝑ creaturas ꝑ imp̄catione vt dicen/
do. Ita viuat filius meus. ſic licꝫ qꝛ de⁹ in
uocat̃. Quinto Cur. i. quo fine ꝛ cauſa
debeat iurari. Nam iurare ſine cauſa neceſ/
ſitatis vel vtilitatis ꝓpꝛie vel ꝓximi: pecca
tum eſt. Similiter iurare ꝓ illicita vl' turpi
cauſa. Sexto quō fieri debet iuramentum
Reſpondet Hiero. ſuꝑ Hieremiā. xxij. q.
ij. c. Animaduertendū eſt inq̇t q̄ iuſiurandū
hos habeat comites: veritatē: iudiciū: atq̄
iuſticiā. ſi iſta defuerint nequaq̄ iuramen/
tū erit ſed ꝑiuriū Hec ibi. Ratio ſm Bo/
nauē ſuꝑ. iij. in l'ra. qꝛ iuramentū cōꝑat̃ ad
tria. Primo ad rē de qua fit. ꝛ ſic debet̃ ve
ritas ꝯſcie. Scdō ad eū qui iurat. ꝛ ſic de/
bet̃ iudiciū hoc eſt diſcretio vt diligent̃ ad
uertat ac diſcernat quid et qualiter iurat.
Tertio ad cauſam ꝓ qua fit. ꝛ ſic debet̃ iu
ſticia. i. cauſa iuſta. ptꝫ Septimo qñ. i. q̇
tpe liceat ꝛ q̇ nō liceat iurare. Et rñdet̃ q̄
in iudicio illicituꝫ eſt diebꝫ feſtiuis iurare.
niſi fieret ꝓ pace ꝛ alijs pijs cauſis. extra ō
ferijs. c. ꝯqueſtus. Hec ſufficiant.

O Circa tertium de
iuramenti aſſuefacti remedio nota q̄ Pri/
mū remediū eſt aliquā penā ſibi ſtatuere q̇
tiens accidit peierare. Legit̃ q̄ q̇dā miles i
ſmone cōpūctus ſtatuit ſibi ea die a carni/
bus abſtinere q̄ die peieraſſet. ꝛ ſic aſſueuit
in ꝯtrariū Scdm̄ eſt orare q̄tidie vt poſſit
cauere. Vñ in dñica orōne ꝓma petitio eſt
Sanctificet̃ nomen tuū ſcꝫ ꝑ debitā reue/
rentiā hoīm. Tertiū eſt a dei punitiōe exti/
meſcere. Nam Vin. in ſpe. li. xxiiij. narrat q̄
tꝑe Karoli magni dux q̇dam falſe iurauit
q̄ nil teneret ſororibꝫ que in iudicio contra
eum erant ꝯqueſte. Et ſtatim q̄ peierauit
crepuit medius ꝛ ſanguine ꝑ os oculos et
aures ac nares effluente: mortuus eſt infra
duas horas. Itē in ſpe. exem. di. ix. exē.
clxix. legit̃. q̄ refert Oroſius q̄ rhomani le
gatos miſerūt ꝓ pace firmāda. Et gentes
q̇dam cū iuramento pace cū eis firmata: ꝓ
ditorie illos occiderūt. ꝛ in deteſtatione per
iurij panis qui frangebatur ab eis ſangui/
nem emittebat. Aīalia etiā domeſtica cum
balatu ab eis ad ſiluas fugerūt. Impera/
tor rhomanoꝝ bellū ꝯtra eos mouit ꝛ eos
in cāpo victos occidit p̄ter .4000. q̇ fuge/
rūt ad montes. ꝛ ibi illi ſtatim cōgelati ad
modū lapidū facti ſunt īmobiles a dī vin/
dicta Rogemus ergo chr̄m ꝛc̄.

Feria ſexta poſt dñicaꝫ quartā Sermo
xxxv. ō execranda vſura auaricia.

It ieſus. tol
a lite lapidē Ioā. xj. ꝛ in euange.
hoō. Dñs ieſus ait hec dū reſuſ
citauit Lazaꝝ de monumēto. vbi Aug⁹.
ꝛ Chryſ. di. q̄ dñs ieſus reſuſcitañ. Laza
rū fleuit. vt doceret flere debere hoīes ſuꝑ
pctōres tanq̄ mortuos in aīa Sꝫ q̄re p̄ce
pit lapidē remouere cū ꝓterat etiā de ſub
lapide iacente reſuſcitare. ꝛ poterat etiam
ſola voce lapidē remouere qui potuit voce
mortuū ſuſcitare. vtiq̄ ꝓpt̃ myſteriū. ad ſi/
gnificādū q̄ ſi q̇s vult reſuſcitari ꝑ pniam
ad gr̄e vitā dꝫ remoueri lapis. i. ꝑuitas et
frigiditas cordis obdurati in pctīs que ſi/
gnificant̃ ꝑ lapidē durū graue ꝛ frigidū. h
ē: vt hō velit abijcere pctm̄. Sꝫ qm̄ auari

vſurarij in peccato valde ſunt obdurati vt
nolint deſiſtere. aut ſi deſiſtūt nolūt reſtitu
ere vſuras. Idcirco talibꝫ p̄cipit dn̄s ieſus
inter alios potiſſime di. Tollite lapidē ſcꝫ
ſi vultis reſuſcitari. vide euangeliū. Itaqꝫ
de vſura q̄ multū viget in chꝛiano oꝛbe: vt
poſſit dici de eis illud pſ. liiij. Non defecit
de plateis eius vſura ⁊ dolus. hoc ꝑ alio
themate. Tria ꝑ myſteria in h̄ ſmone de
clarabimus oppugnan. eam.

Primū dꝛ execratiōis
Scōm dꝛ offenſionis
Tertiū dꝛ modificationis.

Circa pꝛimum de
execratōe vſure Notādū ꝙ h̄ vicium ē exe-
crandū plibꝫ rōnibꝫ Pꝛio rōne difficillie
ꝯuerſiōis qꝛ vſurariꝰ valde difficulē pt fa
cere verā pn̄ie ꝯuerſionē. qm̄ vltra ꝯtritio
nē: ꝯfeſſiōez ⁊ ſatiſfactionē q̄ ſufficiūt pꝛo
alijs pctis penitēdo vſurariꝰ inſup tenet ꝙ
reſtituat aliena, qꝛ vt Augu. dꝛ. xiiij. q. vj.
Si res. Pctm̄ nō remittit niſi reſtituat ab
latū. Nec ꝯfeſſoꝛ nec eps vel alius p̄latus
pōt ſibi remittere ius alienū. ſꝫ h̄ ipi nolūt
facere vt burſaꝫ euacuēt Similes em̄ ſunt
vaſculo terreo in q̄ denarij ponūt nec extra
hi ex eo p̄nt niſi frangantur ſic iſti vſqꝫ ad
moꝛtē nō reſtituūt. ⁊ ſic dānant. Scdo
rōe ampliſſime ꝑiclitatōis. Pꝛimo qꝛ alia
pctā actoꝛes ſuos ꝑdūt Ezech. xviij. Filiꝰ
nō poꝛtabit iniq̄tatē pr̄is: ſed vnuſq̄ſqꝫ in
iniq̄tate ſua moriet. Sed vſura ſicꝫ alia in
iuſte adq̄ſita trāſit de ꝓgenie i ꝓgenies ob
ligādo dānatōi i ꝑpetuū niſi reſtituāt So
la ignorātia inuincibilis in h̄ habet excuſa
re ⁊ nō craſſa ſm Anto. par. ij. Se
cūdo qꝛ oēs ꝑticipātes in vſura digni ſunt
damnatione. Pꝛimo notarij ſcient ꝯficien-
tes ſup vſuras inſtrumenta. Secūdo aduo
cati patrocināres. Tertio ſtatuta facientes
ſup vſuris ⁊ iudicātes ſm ea ⁊ ꝯſilia p̄ben
tes ad hmōi ſtatuta. Nam ſunt excōmuni
cati extra d̄ vſur. c. Ex gui. i cleme. Quar
to domos locantes ad feneranduꝫ ⁊ hmōi
plures participan. Preterea periculoſa eſt

Tertio ipi vſurario. qꝛ omi vice q̄tiens
deliberate de tali contractu illicito cogitat
moꝛtaliter peccat totiens. Simil̄r in omni
verbo: in omni cōpoto: in omi nūeratione:
in omni ſcriptura vel regiſtro: ⁊ in omi co-
gitatiōe cum dolet nō poſſe aſſequi ſuū in-
tentū ſp moꝛtaliter peccat ⁊ ſic die ac nocte
vſura rodit aīam illius ad damnationem.
vt dꝛ etiā Leo papa q̄dam ſmone. Quar-
to deniqꝫ ꝑiclitant dānatione quicūqꝫ dn̄i
ꝯſentiūt ⁊ permittūt vſuras ꝓpter quotaꝫ
inde recipiendam vel ꝓpter munera exinde
ſibi ꝓuenientia Quinto p̄terea ꝑiclitantur
etiā ꝯfeſſoꝛes ſcienter abſoluētes ſine debi
ta reſtitutione. O ꝑ ꝑiculoſiſſimū viciū ⁊c.

Tertio execranda eſt rōne multimo-
de punitionis ⁊ maledictionis: vt ponit in
angelica ſūma. Pꝛimo qꝛ ſunt infames: in
famia iuris manifeſti vſurarij. Scdo quia
ad cōioneꝫ altaris nō ſunt admittendi. nec
ad oblationē offerendam. Tertio ꝙ teſta-
mēta eoꝝ nō valēt. nec debet aliq̄s intereſſe
eoꝝ teſtamentis niſi ſatiſfecerint. Quarto
ꝙ ad modum raptoꝝ ⁊ furum nō ſolū tene
tur reſtituere rem quā accipit ꝓ vſuris vſu
rarius: ſed etiaꝫ tenet reſtituere fructus q̄s
percepit. ⁊ q̄ ꝑcipi potuerūt a vero dn̄o ſm
Rich. in iiij. di. xv. ⁊ cōiter docto. Quinto
ꝙ vſurarij nō ſepeliant eccleſiaſtica ſepultu
ra. extra de vſuris. c. qꝛ in oibꝫ. Nā ſepelien
tes tales vſurarios ſunt excōicati ipo facto
vt patꝫ in clemē. de ſepultur. c. eos. Hec ⁊
pl'a in Ange. Exemplū legit ꝙ q̄daꝫ di
ues vſurarius cū eſſet moꝛtuꝰ: ipm pleba-
nus nolebat in cimiterio ſepelire. Inſtanti-
bus aūt ꝓpinq̄s illius foꝛtiter. tandem in h̄
ꝯuenerūt ꝙ coꝛpus moꝛtuū poneret ſuper
aſinū plebani q̄ non fuerat aſſuetus niſi li-
bꝛos plebani poꝛtare ad cimiteriuꝫ vbi ple
banꝰ p̄dicabat. Impoſito ꝑ cadauere ſup
aſinū nullo ipm ducente ſub patibuluꝫ ex-
poꝛtauit ⁊ ibi ſtetit donec depoſuerūt. ⁊ ſic
patuit ꝙ ibi ſepeliri debuit. Sed q̄s dicat
manifeſtus vſurarius vt p̄dictas penas in
currat. Rn̄det in eadeꝫ Angelica ꝙ ille qui
notoꝛius ē de iure ſcꝫ qꝛ ꝯuictus in iudicio
ꝯfeſſuſqꝫ de vſuris ſponte ꝯdēnatꝰ a iudi
ce vel corā ſacerdote ⁊ teſtibꝫ in articl'o moꝛ
tis ꝯfeſſus ſe foꝛe vſurariū. Itē ſi cuꝫ h̄ qꝛ
notoꝛius eſt de facto. i. notoꝛietate facti. q̄a
publice tenet mēſaꝫ mutuādi oibꝫ volētibꝫ
qn̄ ꝑ oīa hec ſil' ꝯcurrūt tūc māifeſtus vſu
rariꝰ eſt ſꝫ Federicū: al's ꝯfeſſio ſola extra-
iudicialis non faceret manifeſtū vſurariū.

Circa ſecundum de
offenſiōe q̄rit p̄mo q̄d ſit vſura. Ad qꝺ rn̄r
ſm Goff. in ſūma ſua. diffinit ſic. Uſura ē
q̄cq̄d ſoꝛti accedit p̄cedēte intētōe vl' pacto
Soꝛs aūt capit h̄ ꝓ p̄ncipali mutuata reuel'
capitali. Ex q̄ pꝫ ſm docto. oēs ꝑ regl'a. ꝙ
vſura nō ꝯſiſtit niſi in ſolo mutuo ꝟo vl' in
terp̄tatiuo. Un̄ ⁊ a mḡris diffinit ſic Uſu
ra eſt lucꝝ ex mutuo p̄ncipalit intentū Ex
empli gr̄a. Mutuo tibi cētū flozenos hac
intentōe p̄ncipalit vt aliq̄d plꝰ recipiā vl-
tra illos cētū floꝛenos: ſiue eſcā ſiue veſtē vl'
frumētū vel quōcunqꝫ nomīe illꝺ: vſura ē
vt Amb. dꝛ. xiiij. q. iij. Plerīqꝫ. Un̄ ſi q̄s n̄
mutuaret niſi ſperaret ſe plus acceptuꝝ ſo
la ſpes lucri: etiā ſine interuētōe pacti vſurā
facit Excipit ſi ſperaret ex h̄ captare amoꝛē
tm̄ nō illiꝰ vl' beniuolētiā ⁊ hmōi q̄ nō mē
ſurant pecunia. Nā etſi mutuo tibi vt ⁊ tu
mutues mihi poſtea cū indiguero: non eſt
vſura niſi in pactū ducēdo facerē in h̄ obli
gationem. Hec ſm Tho. ⁊ in Angelica.

Secundo q̄rit: q̄re vſura eſt dānabi-
lis culpa. Et vſurarij arguunt in ꝯtrariuꝫ
ſic. qꝛ nō eſt ꝯtra charitatē: ſed ꝓ charitate
eo ꝙ vergit in vtilitatē vtriuſqꝫ partꝫ. Cuꝫ
ꝑ ego feci illi magnam gratiā ⁊ charitateꝫ
mutuādo: q̄re ꝑ nō licet vt ille mihi refun-
dat aliq̄ lucro. Iteꝫ ille q̄ accipit mutuum
a me volūtarie dat mihi aliq̄d vel vſuram
qꝛ nullus cogit eū vt ad vſurā accipiat: ſed
voluntate accipit ⁊ dat. ꝑ ⁊c. Ad hec rn̄de
tur ſm Tho. ij. ij. q. lxxviij. ⁊ doc. ꝙ vſura n̄
eſt ꝯ charitatē tāqꝫ aliq̄d inutile: ſed eſt cō
tra charitatē tāqꝫ vicioſum ⁊ malo admi-
xtū: nec accipiēs mutuū dat volūtarie vſu-
rā: ſed cū quadā neceſſitate inq̄ntū indiget
pecuniā accip̄e mutuo quā iſte nō vult ſine
vſurā mutuare. Pꝛoinde ſm oēs theolo-
gos in. iiij. diſt. xv. ⁊ canoniſtas: vt patꝫ in
Angelica. Uſura eſt dānabilis culpa. Et
ꝓbat p̄mo autoꝛitate legis diuine tā vete-
ris q̄ꝫ noui teſtamēti. Nā Pſ. xiiij. ſcribit
Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo id ē
in celo. Et ſubdit. Qui pecuniā ſuā nō de.
ad vſurā. Itē Ezech. xviij. ꝯſil'e dꝛ. Deni-
qꝫ chꝛs dn̄s Luce. vj. ait. Mutuū dare ni
hil inde ſperantes ſcꝫ tp̄ale. Secūdo ꝓbat
rōne etiā legꝫ nature. Uſura em̄ eſt maluꝫ
in ſe ⁊ ſm ſe ꝓpter ꝙ nulla circuſtantia pōt
bn̄ fieri de ꝑtāte oꝛdiata etiā a deo. ſic ho-
micidiū vel furtū poſſet bn̄ fieri in caſu ſcꝫ
ſuato debito oꝛdine ⁊ hmōi. ⁊ ſic homici-
dio peiꝰ eſt malū vſure. qꝛ eſt ꝯ rōem natu
ralē. Nā phs. j. li. politi. ⁊ v. eth. dꝛ. ꝙ vſu-
ra quā vocat achatos qꝺ eſt ꝑtus denario
rū eſt maxie p̄ter naturā. eo ꝙ nec a natura
nec ab arte denarijs ꝯpetit parere denar. oſ
Quicq̄d ꝑ vtilitatis ꝓuenit ei cui mutuuꝫ
dedi: h̄ n̄ pecunia fecit ſed induſtria eiꝰ qui
ipa pecunia ſagaciter vſus eſt. dū ꝑ vltra ca
pitale q̄s exigit plꝰ eſt ꝯ naturā ap̄p̄ciatio
nis q̄ dedit viro iduſtriā: ⁊ eſt etiā ꝯ iuſticiā
ꝙ in re p̄ximi ſui lucꝝ q̄rat ex alieno. Hec
eſt rō Scoti in. iiij. vbi ſupꝛa Plures alias
rōnes cauſa bꝛeuitatis dimitto. Tertio ex
dictamine legis canonice q̄ ꝓhibet ⁊ pnnit
vſuras vt ſupꝛa patuit. Et q̄ ꝑtinacit aſſe
rit vſuras nō eſſe pctm̄ ꝯdemnat tanq̄ꝫ he
reticos. in clemēt. ex graui ſcꝫ. de vſuris

Tertio q̄rit: vtꝝ peccatum ſit recipere
mutuū ſub vſura. Rn̄det ſm Rich. in. iiij.
⁊ Tho ſupꝛa. ꝙ nō licet inducere aliquē vt
mutuet ſub vſura: tamē ab illo q̄ ꝑatus eſt
facere ⁊ exercet vſuras bene licet mutuo ac
cipere ꝓpter aliqꝺ bonū: puta ꝓpter neceſſi
tatem ꝓpꝛiā vel alteriꝰ: ſed accipere ꝓpt ma
lū puta in alea luden. vel ad ſcoꝛtandum ⁊
hmōi moꝛtale eſt. Patet in Angelica. O
vtinā deus meus p̄ſaret chꝛiani ꝙ in hoc
peioꝛes ſunt iudeis: quia illi non accipiunt
vſuram ſuper iudeos: ſed iſti ſuper fratres
ſuos chꝛianos accipiūt

Circa tertiū notandū ꝙ
multi modi ⁊ caſus ſūt in vſuris. ſꝫ h̄ aliq̄s
tm̄ plus aſſuetos in iſta p̄ria ⁊ neceſſarios
ꝯfiteri bꝛeuit ponemꝰ. Pꝛio vſura cōmit-
tit aīo intēdendo. ſ. p̄ncipalit lucꝝ ⁊ ob hoc
mutuādo Nā ſi q̄s p̄ncipaliꝰ ꝓpt charitatē
mutuat: ⁊ ille ſpōte ei ⁊ gratꝫ aliq̄d mūerꝫ
offert: nō eſt vſura cū accipit nō ꝓpter mu-
tuū: ſꝫ tāqꝫ gratꝫ oblatū: p̄ſertim ſi ꝟbote-
nus h̄ exp̄mat: al's ſi acceptaret ꝓpter mu-
tuū: vſura eſſet ſm Ray. Secūdo cōmitti-
tur bona fructifera impignerādo ⁊ fructꝰ
in ſoꝛte nō cōputādo: puta agrū: poſſeſſio
nes. domos ⁊ hmōi. Tertio ꝯſociando in
cōdiuidendo lucro: ſed non in ſoꝛtis ꝑiculo

ꝫ iuta ille dat tibi pecuniā tm̄ ⁊ tu ponis te
ad q̄ſtus laborē: ſi qd lucraris: ptē accipit
ſi aūt ꝑdis q̄litercūqꝫ pecuniā datā itegrā
reddi ſibi vult. ſilr. ⁊ de alia re quā extimat
in capitale intelligendū. xiiij. q. iij. Si fene/
raueris. Quarto dilationē tpis in ſoluēdo
ſuſpendendo. Nā ſm Scotū tps q̇s ven
den. vſurā cōmittit. quia nō eſt ſuū. Quin/
to emolimentū a lingua expectando vt qui
mutuat ꝓpterea vt cōmendeꝛ ad obtinēdū
bñficiū aliqḋ vel officiuꝫ: vſura eſt. Sexto
famulatū recipiendo ab obſequio vt q̇ mu
tuat paupi ꝓpter h̄ ꝙ laboret in agro vl' vi
nea vel alio ſeruitio. ca. Conſuluit. de vſu/
ris. Septimo granū vel bladū vetus mu/
tuādo ꝓ nouo recipiēdo ſi facit ꝓpter meli
orationē obligādo de ſoluēdo nouo eadeꝫ
mēſura: vſura eſt. vt in Angelica. Exēpluꝫ
finale narraꝛ in Anto. p. ij. ti. j. ca. vj. ꝙ qui
dam vſurarius de lecto ſuo ſubito exiliens
dixit. En raptus fui ad iudiciū dei ⁊ audi/
ui iudicē ꝯ me ſniam tuliſſe vt demones in
me ꝑtātē habeāt eo ꝙ vſqꝫ mō nolui peni
tere. Tūc feſtināter ad q̇ddā mōaſteriū cu
currit. Cūqꝫ eū ad pniam ⁊ ſpem miſcōie
monerēt nil ꝓfecerūt. Tandē hora ſexta ꝓ
pinq̇ eū ducebāt domū ꝑ pontē trāſeuñ. ⁊
viderūt nauē quādā ꝑ fluuiū aſcēdērē cur/
ſu rapido a nullo vt videbaꝛ ꝯducta: ſꝫ ſo
li vſurario videbaꝛ eē demōib⁹ plena. Qui
ait. Ecce venīūt demōes vt ad ſupplicia me
rapiāt. Statī aūt de manib⁹ illoꝝ rapt⁹ in
nauim ꝓiectus clamās. Ve mihi ve. diſpa
ruit. Rogemus ḡ chrīm ⁊c̄.

Sabbato poſt dñicā quartaꝫ Sermo
triceſimuſſextus de furto multiplici ⁊ rapi
na in bonis etiā mortuoꝝ.

Qui ſequi/
tur me nō ambulat in tene
bris: ſꝫ habebit lumen vite
Joā. viij. ⁊ i euā. hodier. Verba ſūt ſalua/
torꝭ nr̄i ieſu q̇b⁹ docet nos ipꝫ ſeq̇ fide for
mata charitate vt exponit Lyra. ⁊ ſic non
ambulabim⁹ i tenebris ignorātie ⁊ vicioꝝ
ſꝫ habebim⁹ lumē vite. ſ. eterne in pria Sꝫ
q̄m mlti ſꝫ mali chriani q̇ nō ſequūꝛ chrꝫ
ſed ambulant in tenebris vicioꝝ inter q̄s
ſunt plurimi fures ⁊ raptores q̇ ſolent in te
nebris etiā corꝑalib⁹ ambulare ⁊ ꝑ peccat
ta lumē vite eterne ꝑdere. Vñ qꝛ de furto
⁊ rapina in hoc ſermōe reſtat agendū. Pro
quo aliḋ thema. j. Coꝝ. vj. Neqꝫ fures ne
qꝫ auari neqꝫ rapaces regnum dei poſſide
būt. Jdcirco de ipo furto ⁊ rapina decla/
remus h̄ ſmone tria myſteria.

Primo generaliter de furum ⁊ raptorū
offenſione.

Scḋo ſpecialiꝛ ḋ mortuoꝝ ſpoliatiōe

Tertio differēter ḋ modoꝝ variatōe

X Circa primum ge/
neraliꝛ ḋ offenſiōe furū ⁊ raptoꝝ vt moue
anꝛ ad deteſtādū q̄riꝛ: vñ ꝓbaꝛ furtū ⁊ ra/
pina fore mortal' ⁊ ḡuis culpa. Rñr ſꝫ do
to. ⁊ Anto. p. ij. ti. j. c. xiiij. ꝙ plurib⁹ rōnib⁹
Prio qꝛ ḡuiter ledit charitatē q̇ ē vita ſpūꝫ
alis aīe ⁊ ſic eā occidit. Nā eſt ꝯ dei charita
tē ⁊ etiā ꝯ ꝓximi dilectōem: vt infra. Se/
cūdo q̇a grauiꝛ offendit ꝯ iuſticie eq̇tatem
Nā iuſticia eſt q̄ reddit vnicuiqꝫ qḋ ſuū eſt
vt etiā ḋt Bern. ⁊ Tulli⁹. Jſti nō reddūt
ſed auferūt alienū. ḡ ⁊c̄. Tertio qꝛ peccat ꝯ
legū vniuerſitatē. Nā p̄mo dupliciꝛ offen/
dit decalogū diuinaleꝫ: vbi duo p̄cepta po
nunꝛ ꝯ hoc. ſ. Nō furtū facies. Vbi ꝓhibe
tur oīs vſurpatio illicita rei aliene vt dicit.
Aug. xiiij. q. v. Penale. ⁊ ſic noīe furti intel
ligitur etiā rapina ꝓhibita. Jtē aliud p̄ce
ptum. Nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. ⁊ ſic qua
druplicater peccat. qꝛ ꝯ deū dupliciꝛ tranſ/
grediēdo duo p̄cepta: ⁊ ꝯ ꝓximi charitatē
etiā dupliciꝛ. Scḋo offendit ꝯ legē natu/
ralē q̄ ḋt. Qḋ tibi nō vis fieri aliis nō faci
es. Tertio ꝯ ꝓphetalē: vt ptꝫ. Quarto con
tra legē euāgelicalē Matth. xxij. Diliges
ꝓximū ⁊c̄. Quinto ꝯ legē apſtlicalē. Rho.
xiij. Plenitudo legis ē dilectio ⁊c̄. Sexto ꝯ
legē canonicaleꝫ q̄ multipliciꝛ ꝓhibet ſub
penis grauib⁹. Nā ſm canones excōicanꝛ
raptores manifeſti: vt patꝫ. vj. q. iij. Placu
it. Jtē raptorib⁹ ⁊ etiā furib⁹ denegaꝛ pe/
nitētia niſi reſtituāt ablata: etſi decedāt in
penitētes viaticū ⁊ ſepultura eis negabiꝛ.
extra de rapto. c. Sup eo. Deniqꝫ tam di/
ſtricte ꝓhibeꝛ ꝙ nō ꝑmittit canon ⁊ ſcptu/
ra furari etiā ꝓpterea vt elemoſynas faciat
q̄uis ſit vſurarius cui furatur. ⁊ ſi furatus

q̄uis ē teneꝛ reſtituere. xiiij. q. v. c. Forte ali/
q̇s. ⁊ in Angelic̄. Septio peccat ꝯ legē
ciuilē q̄ turpi morte ꝯdēnat fures ⁊ rapto/
res. Q ḡ qḋ patam⁹ q̄ꝫ acerbe puniāꝛ in in
ferno. Y Si aūt q̄raꝛ: qḋ hoꝝ ḡui⁹ ſit
pccm̄ ⁊ ḡui⁹ in inferno crucieꝛ: an furtū an
rapina. Rñdetur ſm Tho. ij. ij. q. lxvj. ⁊ in
Antoñ. ꝙ rapina eſt ḡui⁹ pccm̄. ꝓpterea et
ḡui⁹ puniꝛ etiā ſm leges. Rō: q̇a ꝑ rapinā
non ſolū inferꝛ ꝑ[i]ciō in reb⁹ dānū: vt in fur
to. ſꝫ etiā inferꝛ violētia ⁊ iniuria ꝑſone Ve
runtñ hoīes vanigl'ioſi pl⁹ verecūdātur de
furto: cū tñ veraciꝛ deberēt de rapina plus
erubeſcere. qꝛ verecundia eſt de turpi actu.
iij. Ethicoꝝ. ⁊ rapina ē turpior Sꝫ qꝛ in ra
pina magꝭ apparet exteri⁹ ſtrenuitas q̇daꝫ
virtutꝭ ſue corꝑalis. hinc ē ꝙ min⁹ verecūdaꝛ.
Hec ibi. Sꝫ q̄m mlti terioſi⁹ peccāt rapiē/
do bōa mortuoꝝ q̄ꝝ ſꝫ executores in teſta
mētis. Jdcirco de hoc agem⁹ in ſeq.

Z Circa ſecūdū ſpe
cialiꝛ de mortuoꝝ ſpoliatōne q̄ꝫ graue ſit h̄
pccm̄ oñditur ptib⁹ rōib⁹. Pria rō ē ab/
ominationis dei ſpālis. Eſa. lxj. Ego dñs
amās iudiciū et iuſticiā: ⁊ odio hñs rapinā
in holocauſto. qꝛ talis rapit ex his q̄ ſūt ec/
cleſie legata vel in pias cauſas ad ſacrificā/
dū deo. Ratio: qꝛ q̄nto amabilē ſeruuꝫ re/
gis depdarerꝭ vel ſpoliares: tāto pl⁹ regis
odiū incurreres. Sꝫ exñtes in purgatorio
ſunt deo grati ⁊ electi ſpāliter. Jdeo etiam
Eſa. iij. Rapina paupis in domo vr̄a q̄re
atteritis ꝑplm meuꝫ ḋt dñs. Pauperrima
quippe eſt aīa in purgatorio. qꝛ non p̄t ali/
unde ſe iuuare et liberare niſi ꝑ ſuffragia. et
his ꝑ tales fraudātur. ḡ tales ſunt ḋo odi/
biles. Scḋa ratio excōicationis legalis.
quia ꝯcilium ḋt. xiij. q. ij. ca. Qui oblatōes
inq̇t defunctoꝝ aut negāt eccleſijs aut dif
ficulter reddūt tāq̄ꝫ egentiū necatores excō
municētur. Et ca. ſeq. in textu cū glo. tales
dicūtur fures. homicide. ⁊ ſacrilegi. rapto/
res. ⁊c̄. Rō aūt dictat ꝙ p̄ his ſunt adhuc
peiores. qꝛ illi nocēt viuis in reb⁹ vel corꝑe
qui pñt ſe ſubleuare. ſed iſti nocent aīe que
cruciaꝛ acerbiſſimo igne q̄ꝫ diu liberaꝛ ali/
unde ⁊ eſt paupꝛima Tertia rō diaboli/
ce crudelitatis. qꝛ ſicut diabolus vult torq̄/
ri aīas: ſic et iſti. ⁊ peiores ſunt in hoc ꝙ cū
illi torqueāt aīas reprobas. iſti torq̄ri per/
mittunt electas in purgatorio tandiu. Vñ
etiā phs. iij. rhetorice ḋt. Q; qui mortuos
ſpoliāt aſſimilanꝛ canib⁹ q̇ mordēt lapides
ſcꝫ ꝯ ſe ꝓiectos ex crudelitate. ſic fit ꝙ mor/
dendo dentes ꝓprios ledunt. ⁊ ſic iſti ꝓpriā
aīam. Vltima rō iuſte punitiōis eterna/
lis. Nam ſm iuſtas leges heres nō ſeruās
teſtamentū parentꝭ defuncti eſt exheredita/
dus. xj. q. j. Silueſter. ⁊ in autenꝛ. vt cū de
appellatiōe cognoſcitur. §. cauſas. Sic iu/
ſte tales executores mali ⁊ heredes de cele
ſti patria exheredītātur. Jtē qꝛ dei iuſticia
dānat qui paupib⁹ nō dant ꝓpria ꝓ deo. ḡ
plus dānat illos q̇ auferunt bona paupeꝝ
aīaꝝ. De his alibi latius

T Circa tertium de
modoꝝ variatōe ⁊ differētia notem⁹ aliq̄s
caſus ꝓ doctrina vel modos de q̇b⁹ cōfeſ/
ſio eſt faciēda ſpālius. Prio de filiofami
lias furāte a parēte. Nā ſm Antoñ. p. ij. ti.
j. ca. xv. Si aliq̇d notabile de bonis ꝑntuꝫ
abſtulit ꝯ volūtatē eorū furtum cōmiſit et
mortl'e eſt. ac teneꝛ reſtituere. ⁊ forti⁹ emāci
pat⁹ teneꝛ niſi haberet remiſſionē a parenti
b⁹ ſm Ray. Scḋo de vxore ſi ꝯ volūta/
tem mariti occulte de bonis illi⁹ in notabili
q̄ntitate dedit ꝯſanguineis ſuis vl' in vani
tatib⁹ expēdit mortl'e furtū cōmiſit niſi i ex
trema ncitate alicuius ⁊ ſine notabili detri/
mēto ſtat⁹ ſui dediſſet. lxxxvj. di. Nō ſatis.
qꝛ tūc p̄t etiā ꝯ volūtatē viri dare AA

Sed q̄ritur: an vxor poſſit dare elꝭynam
vel pro pijs cauſis dare ſine conſenſu viri.
Rñdetur ſm Antoñ. vbi. ſ. ⁊ in Angelica
ꝙ pñt in plurib⁹ caſib⁹. Primo in caſu ex/
treme ncitatis in paupe vt p̄dcm̄. ē. Et ſe/
cundo. ſi hꝫ parafernalia. hoc eſt quecunqꝫ
habet vxor p̄ter dotes. vt ſūt ſucceſſiones
hereditarie vel legata ei facta vel donata ⁊
hmōi. qꝛ ſua ſunt. Tertio. ſi lucroſa eſt. pu/
ta ſcit aliquā artē. vt aurificiū. lanificiū. ſeri
ficium. ⁊ hmōi. tunc de lucro ſuo pōt dare
notabiliter. Quarto ſi vtiliter gerit negoci/
um viri. vtputa quia videt viꝝ crudelem ⁊
ſcelleratū vt de⁹ auertat ꝑicula dat elemo/
ſynas. ſic fecit Abigail. j. Reg. xxv. Quin/
to. ſi cōiter ꝯſueta dat. puta de pane. de vi/
no ⁊ hmōi. que cōiter ꝯſueuerūt viri cōce/

vtrum Sed vi
poſit dare ele
moſinaz et
a ille. in Ve
niel in dñica
2 poſt epiph
in Ser. 2

dere eis erogāda familie. Et licet talia viri
aliqñ ꝓhibeāt dꝫ ſibi formare ꝯſcientiam
ſm Rodo. ⁊ Jaco. de laude. ꝙ intendāt ꝓ-
hibere ſic eas a nimio ⁊ nō a toto. Sexto
ſi aſſignatū hꝫ certū ꝗd ſibi a viro ꝓ victu:
et ex his dare pt Septimo ſi domꝰ diſpen
ſatio ꝑtinet ad vxorem. dū ſcꝫ fatuꝰ eſt vir
vel abſens vel ꝑegrinans ⁊c. Hec ſm Pe
trum de palude. Preter hos caſus furtiue
dādo peccāt ⁊ tenent̄ reſtituere. Tertio mō
de genita ꝑ adulteriū prole vel alienū par-
tū ſuppōnēte. Nā ꝗcꝗd vxor expenderet ꝓ
nutritione et gubernatiōe illiꝰ poſtꝙ iam a
puericia excreuit furtuꝫ cōmittit. ⁊ ad id in
quo ſuccederet putatiuo pr̄i tenet̄ totuꝫ re
ſtituere q̄ntū poſſibile eſt. et q̄uo debeat in
hoc ꝓcedere ꝯfeſſoribꝫ relinq̄. BB

Quarto de inuētione. Nā Augꝰ. xiiij. q.
v. c. Si ꝗd (inq̄t) inueniſti ⁊ non reſtituiſti:
rapuiſti. Unde debet ꝓclamari. etſi nec ſic
ſcit̄ cuius eſt dꝫ in p:as cauſas dari: niſi ip̄e
inuētor eſſꝫ multū paup. qꝛ tūc d̄ licētia cō
feſſoris ſibi poſſet retinere. Quinto de pti-
cipatiōe. Nā h̄ fit pluribꝫ modis. Verſus
Juſſio ꝯſiliū ꝯſenſus palpo recurſus. Par
ticipās mutꝰ non obſtās non manifeſtans.
Et q̄uo tales tenent̄ reſtituere habes pri-
mo quadrageſimali, ſermo. xliij. E Ul-
timo de iniq̄ deceptione in artificio vel in ſo
cietate negociationis ⁊ hmōi. qualitercūꝙ
fraus fiat furtū eſſe pt. Exemplū finale ex
Ceſario legitur in ſpeculo. di. vj. exem. ciij.
Religioſus quidā retulit ꝙ dum adhuc q̄
ſi puer infirmatꝰ expiraſſet: angelus aīam
iudici p̄ſentauit. cuiꝰ vultū iratū ꝑ velamen
vidit ⁊ diabolꝰ accuſauit. d. Puer iſte obo-
lum a germano ſuo furatꝰ eſt: nec penituit.
ḡ dānari dꝫ ſm iuſticiam. Chriſtus rn̄dit.
Juſticia mea eſt cum miſcdia. non debet ḡ
ꝓ tanto dānari ſed purget̄. Unde ꝓiectus
in ignem purgatorij indicibiles penas ſen-
ſit. Poſt horā iterꝝ iudici p̄ſentatꝰ vidit cla
re faciem chr̄i ⁊ cū eo btām ꝟginē ⁊ in cir
cūitu multitudinē angeloꝝ ac ſcꝫoꝝ oīm in
ſplendoribꝫ maximis: quibꝫ petentibꝫ reſti-
tuta eſt aīa corpi. Mirantibꝫ cunctꝫ ꝗ ad-
erāt: ⁊ videñ. ſigna in eo crediderunt dictis
eius. Tandem ip̄e tā amore gl'ie ꝙ timore
pene experte intrauit religionem Rogemꝰ
ergo chriſtum ⁊c.

Dñica de paſſione in mane Sermo tri
ceſimuſſeptimꝰ de iniqua auaricie cupidi-
tate generaliter cum filiabꝫ ſuis.

Tulerunt la

pides iudei vt iacerēt in euꝫ:
Jeſus āt abſcōdit ſe ⁊ exiuit
de tēplo. Joā. viij. ⁊ in euāge. ho. Chariſſi
mi ſctā eccl'a hodiernā diem vocat dñicā de
paſſiōe. qꝛ hodie diffinierūt iudei in ſuo cō
cilio interficere dñm Jeſū: poſtꝙ feria ſexta
ꝓxime p̄cedēti ſuſcitauerat Lazaꝝ a mor-
tuis. ꝓpt̄ ꝗd miraculū manifeſtū mlti crede
bāt in Jeſū. ⁊ in ſignū hꝰ eccl'ia in illa feria
ſexta legit euāgeliū de reſuſcitatōe lazari. ⁊
hodie euāgeliuꝫ legit q̄uo chr̄m voluerūt a-
ctu lapidare iudei Sꝫ chr̄s volēs mortem
crucꝫ pati abſcōdit ſe ⁊ exiuit d̄ tēplo In q̄
facto ſm Aug. ⁊ Bedā deſignat̄ myſterialr
ꝙ ſic iudei ꝗ erāt cordis lapidei. qꝛ ī pccīs
obdurati voluerūt chr̄m lapidare. ita ⁊ mlti
chr̄iāi obdurati chr̄m lapidare volūt. Uñ
Beda Quotq̄t malas cogitatōes et affe-
ctōes ꝗs ī corde aſſumit: tot lapides in Je
ſū mittit vl' ꝓijcit vt ipꝫ extinguat in ſeipo
⁊ ſic ieſus a tlibꝫ ſe abſcōdit: ⁊ de tēplo cor
dis illiꝰ exit Sꝫ ⁊ Aug. ait. ve ill' a q̄ꝝ lapi
deis cordibꝫ d̄s fugit: ve. ſ. et̄ne dānatiōis.
Videamꝰ ḡ textū euāgelij Exq̄ de auari-
cia reſtat nob̄ ſmo ꝑ quā mlti etiaꝫ chr̄iani
lapidāt ſpūal'r Jeſū ⁊ expellūt d̄ tēplo cor
dis ſui. Jdcirco tria myſteria in h̄ ſer. decla
remꝰ. Aliud thema ex inſcriptis autori
tatibꝫ in ſmone iſto pt accipi

Primū dr̄ deteſtationis
Secundū dr̄ offenſionis.
Tertium dr̄ modificationis.

A Circa p̄mū de aua
ricie deteſtatōe notādū. ꝙ h̄ viciū eſt maxie
deteſtabile ꝓpt̄ plīmas rōes ſm doc. Pri
mo rōne multiplicꝫ maledictiōis. qꝛ in ſcri-
pturꝫ nō inuenit̄ aliq̄d viciū cui tā multipli
cit̄ve maledictioꝙ et̄na denūciet̄ ſic auari-
cie. Et patꝫ inductiue p̄mo. in lege diuina
q̄ ꝓhibet effectū ⁊ affectū. et ſic duplex p̄ce
ptū pōit ꝯ auariciā ꝗd nō facit ꝯ alia talit̄
Nā p̄cipit. Nō furaberꝫ. ꝗ ſm Aug. ꝓhibe
tur oīs vſurpatio rei aliene. Et iterū p̄cipit

Nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui Exo. xx. Uñ ⁊
Deutꝫ. xxvij. dicit. Maledictus ꝗ trāſfert
terminos ꝓximi ſui. Lyra vt ſic furet̄ ptēꝫ
terre ꝓximi. Et ibidē. Maledictus ꝗ acci-
pit munera ſcꝫ vt ꝑuertat iudiciū ⁊c. Se
cundo in lege ꝓphetica multiplicit̄ maledi
cit̄. Eſa. v. Ve ꝗ domū ad domū cōiūgitꝫ
⁊ agrū agro copulatis. Et. xxxiij. Ve ꝗ p̄-
daris nōne ⁊ ip̄e p̄daberꝫ Jtē Abachuch.
ij. Ve ꝗ multiplicat nō ſua vt ꝗd ꝯgregat
ꝯ ſe denſū lutū. Jbidē. Ve ꝗ ꝯgregat aua
riciā domui ſūe. Plures alias in ꝓphetis ꝑ
tranſeo B Tertio in lege euangelica
Nam Luce. vj. chr̄s dicit. Ve vobis diui-
tibꝫ ꝗ habetis hic ꝯſolationem veſtrā. Et
ſm Hiero. vbicūꝙ in ſacra ſcp̄tura ve de-
nunciat̄ ſꝑ maledictio eterne dānatiōis de
ſignat̄. ḡ ⁊c. Propterea idem dn̄s ieſus ad
monuit nos Luce. xij. di. ſic. Videte ⁊ ca-
uete ab omī auaricia. Et ſubiūxit exēpluꝫ
terribile de h̄ ꝙ auari ſepe inopinate ⁊ mor
te repētina moriūt̄ de diuite ꝗ di. Amplia
bo horrea mea ⁊c. Et dictū eſt ei. Stulte
hac nocte repetent aīam tuā a te ⁊ ꝗ ꝯgre
gaſti cuius erūt. Hec ibi. Ecce maledictio
mortꝫ ſubite. Quarto in lege apoſtolica
Jaco. vl. Agite nūc diuites: plorate vlulā-
tes in miſerijs que adue. vob̄. diuitie. v. pu
trefacte ſunt auꝝ. v. ⁊ argētū eruginauit: et
erugo e. in teſtimoniū vob̄ erit ſcꝫ dānatio
nis. ⁊ manducabit carnes ve. i. affliget cor-
pus cū aīa poſt iudiciū. Jtē Apoca. viij.
Ve ve ve habitātibꝫ in terra ſcꝫ ꝑ totalem
affectū terrenoꝝ. Et d̄r ter ve. Primū ī aīa
Scd̄m in corpore poſt reſurrectiōem. Ter
tiū in ꝑpaliū bonoꝝ ſimul ⁊ celeſtiū ꝑuati-
one Jō Aug. Ve illis ꝗ ſic viuūt vt auge
ant res perituras vñ amittant et̄nas. Hec
ille E Secundo deteſtāda eſt rōne in
ſatiabilis appetitionis Nā Eccs. v. ſcribit̄
Auarꝰ nunꝙ implebit̄ pecunia. Et Boe.
ij. de ꝯſo. ac Ouidꝰ. j. faſtoꝝ ꝯcordit̄ di.
ꝙ ſi hoī tot darent̄ opes (vel aurei) q̄t ſunt
arene maris ⁊ q̄t ſidera celi: adhuc cor hu
manū ſꝑ cuperet ditari pluribꝫ. Si petas
cur hoc: reſpōdet̄. ꝙ hoc eſt p̄mo ꝓpter aīe
creationē ad imaginē dei: iō ipiꝰ appetituꝫ
nō pōt ſatiare aliud ꝙ ſolꝰ deꝰ. ſicut cera
ſigillata nō bñ ꝯuenit implere niſi figuraꝫ
ſui ſigilli ꝗ eſt figurata. Alia rō eſt ꝓpt̄ aua
ricie igneitatē. qꝛ ignis ſcꝫ auaricie nūꝙ d̄r
ſufficit. Prouer. xxx. Nā ignis ꝑ appoſitio-
nē lignoꝝ nō extinguit̄: ſed creſcit ⁊ auget̄
in infinitū. ij. de aīa. Sic auaricia nō extin-
guit̄ appoſitiōe diuitiaꝝ ſed auget̄. Uñ. j.
politicoꝝ ca. ij. Appetitꝰ pecunie eſt infini-
tus nec eſt terminus nec finis pecuniatiue.
Jtem dicit Juuenalis li. iij. Creſcit amor
numi quantū pecunia creſcit D Ter-
tio rōne ꝑiclitatōis. qꝛ vere totꝰ mūdus h̄
vicio ꝑiclitat̄ ⁊ diaboli laqueo capit̄. Nam
j. Timo. vj. Qui volunt diuites fieri inci-
dunt in laqueū diaboli ⁊ in deſideria mul
ta ⁊ no. ꝗ mergūt in ꝑditionē. Et claret de
oī ſtatu ſeculariū: regū: p̄ncipū: mercatorū:
nobiliū ⁊ ignobiliū. Jtē eccl'iaſticoꝝ prela
toꝝ: ſacerdotuꝫ: clericoꝝ: doctoꝝ ⁊c. Jtem
monachoꝝ ⁊c. Jn q̄bꝫ impletū videmꝰ il-
lud Hiere. vj. A minore vſꝙ ad maiorem
oēs auaricie ſtudent. ⁊ a ꝓpheta vſꝙ ad ſa
cerdotē cūcti faciūt dolum. Deniꝙ h̄ vicio
captos diabolꝰ ꝑiculoſius tenet vt nō eua
dāt vſꝙ ad mortē. qꝛ vt Hiero. dicit. Cuꝫ
cetera vicia in hoīe ſeneſcant: ſola auaricia
iuueneſcit. Et qꝛ ḡuitate pōderꝫ auri ⁊ ar
genti trahunt̄ deorſuꝫ in infernū. Uñ quā
to de ꝓfundiori terre viſcere tollunt̄: tanto
plꝰ fetent dū exurūt̄ in furno. qꝛ appropin-
quāt plꝰ ad ignē ſulphureū inferni. ⁊ ſic da
tur intelligi etiā ex h̄ ꝙ locus auare diligen
tiū auꝝ eſt infernus E Quarto ratiōe
iniuriatōis. qꝛ h̄ vicio ſūma fit iniuria. Pri
mo diuīe maieſtati eo ꝙ auaricia ē idoloꝝ
ſuitus: vt d̄r Eph. v. Hoc ſcitote ait ꝙ oīs
fornicator aut auarꝰ qd̄ eſt idoloꝝ ſuitus
nō hꝫ hereditatē in regno chr̄i ⁊ dei. Sꝫ q̄
re. rō ſꝫ Chryſ. ſup Joā. home. lxv. eſt. qꝛ
ſicut homo idolatra ſacrificat ſimulacro au
reo vel ereo ⁊ in eo latenti diabolo: ſic aua-
rus aīam ſuā ⁊ totū corpꝰ ſacrificat theſau
ro ⁊ eiꝰ diabolo. ſ. cor ꝑ amorē diuitiaꝝ: ca
put ꝑ ſupbiā: ⁊ corpꝰ ꝑ luxuriā. ꝗa Aug
dicit. Vermis diuitiaꝝ eſt ſupbia ⁊ luxu-
ria: p̄terea manꝰ ſacrificat̄ diabolo ꝑ furtū
⁊ rapinā: os ⁊ lingua peierādo: pedes cur-
rēdo ꝓ adq̄rēdis. Scd̄o iniuria fit chr̄o
⁊ btē marie ꝟgini ⁊ ſctīs ac angelis dī. ꝗa
grauꝰ ꝙ iudas vēdit chr̄m vt ait Aureo.
in cō pen. Judas vēdidit ꝓ triginta denā-
rijs ſemel. ſed auarꝰ ſepe ꝓ vno denario ꝑ

iurãdo nomen chri ⁊ ſctoꝝ. Tertio fit ſibi
ipi.qa nõ audet ad ſufficientiã ſue neceſſi/
tati ſatiſfacere ne defectũ patiat̃ i pecunijs
Et q2 ſeipm ꝓ eis exponit multis ꝑicul' id/
circo aſſimilatur bufoni.ꝺ q̃ Alb.li.ꝺ aialib9
ꝺr.ꝙ de terra nõ audet mãducare ad ſuffi/
ciẽtiã.timẽs ꝙ terra ſibi deficiat Propter/
ea Hiero.in ꝓlogo ꝺr. Auaro deeſt tã qꝺ
habet ꝗ̃ qꝺ nõ habet F Quarto iniu
ria grauiſſima fit ꝓpinq̃s ⁊ filijs ⁊ vxori Tũ
q2 dei iudicio iuxta ꝓuerbiũ cõe. Reb9 ma
le q̃ſitis nõ gaudebit terti9 heres. Tũ qa
male adq̃ſita illis relinq̃ndo oib9 ſcient̃ re/
tinẽtib9 dat occaſionẽ dãnatõis. q2 ⁊ illi te
nent̃ reſtituere.extra de vſu.ca.Tua. Nam
pctm̃ non dimittit̃ niſi reſtituat̃ ablatũ. vt
ꝺr Aug.xiiij.q.vj.Si res. Ultimo iniuri
atur oi ꝓximo ꝑſertim paupi ꝓpter qꝺ ſe/
pe de9 punit auaꝝ. Un̄ legit̃ exẽplũ etiaʒ
apꝺ phos ⁊ poetas fabuloſũ vt habet̃.j.
politi.c.xviij.⁊.xj.Meta.Ouidij.ꝙ My
da rex frigie dñi ex auaricia petiuit vt quic
q̃d tangeret ↄuerteret̃ in auꝝ iudicio iuſto
dũ ſic cib9 ⁊ pot9 ↄuerteret̃ fame perijt Ex
emplũ aliud de chrianis legit̃ in chronica
martiniana. ⁊ ponit Anto.ꝑ.ij.ti.j. ꝙ q̃dã
diues ex auaricia emebat i meſſe blada mł
ta ea ſeruans vt chariſtiã induceret. Et ecce
dei iudicio mures innũeri egrediẽtes ſuper
eũ corroſerũt corp9 ei9 corã oib9. nec ab vl
lis hoib9 potuit defendi. ⁊ ſic peſſime mor
tuus eſt ad dãnatiõem. Plures rõnes pñt
accipi ex infra ſcriptis ſi placuerit G

Circa ſcdm de offenſione

auaricie q̃rit̃:q̃re auaricia iudicat̃ fore pec/
catũ graue Rõ q̃nis eſt.q2 cũ tꝑalia ſint bo
na ⁊ a deo facta vt ſint ad vſũ hoim ⁊ ſuſ/
tentatõeʒ. Un̄ ⁊ pſ.ꝺr. Celũ celi dño ter
rã aũt dedit filijs hoim. Cur g̃ non liceat
ea hoi amare. Ad hec rñr ſm docto.theo/
logos ⁊ canoniſtas. ꝙ tꝑalia bona amare
⁊ poſſidere bñ licet ad vſuʒ: ſed nõ licet ad
abuſuʒ vt dicit textus Hiero.xij.q.j.Duo
ſunt cuʒ gloſa.Sʒ abutit̃ tꝑalib9 q̃ iniuſte
⁊ male ea poſſidet vel immoderate ⁊ ſuꝑ/
flue amat hr̃e. Nã ſm Tho.ij.ij.q.cxviij.⁊
⁊ Alexã.tꝑalia bona ad vſum hoim ordia
ta ſunt in debita ſcʒ cõmẽſuratõe ⁊ iuſto or
dine poſſidenda:al's ẽ auaricia Nota g̃ q̃d
ſit auaricia. Et diffinit̃ ab Aureolo in com
pen.ſm Tulliũ ſic. Auaricia eſt inordina/
tus amor habendi. Itẽ ſm Bern.eſt qua
rũlibet rerum inſatiabilis ⁊ inhoneſta cupi
do. Nam Iſiꝺ.j.etymol. dicit. Auar9 ꝺr
q̃ſi auidus eris. H Eſt g̃ auaricia ſꝑ
pctm̃ vel mortale vel veniale ſm Tho. Et
pmo q2 eſt ↄ̃ria legi naturali;vt ptʒ ꝑ Am
bro.di.xlvij.Sicut hi. Et Hiero.ꝺ.c.duo
ſunt. Et ptʒ ꝑ exẽpla naturalia.q̃a videm9
ꝙ terra oĩa ꝓcioſa ↄcupiſcibilia abſcondit
in ſe ab oculis hoim Itẽ hõ in maxia pau
ꝑtate nud9 naſcit̃ ⁊ corꝑe eſt erecte ſtature
ꝟſus celũ ſolis plantis calcãs terrã:ac tan/
dẽ in morte nil ſecũ aufert. g̃ debet ↄtẽne/
re hmõi.q2 ꝓ luto natura horret aiam ꝑde
re. Nã ſmõe de aduentu dicit Ber. Quid
eſt auꝝ niſi terra rubea: ⁊ argentũ terra al/
ba. Sʒ q̃d fecit ea tã ꝓcioſa:niſi extimatio
hoim fatua. Hec Bern. Secundo q2 ẽ
ↄ̃ria dilectõi dei ⁊ ꝓximi:vtpote radix oĩs
pcti.j.Timoth.vj. Radix oim maloꝝ cu/
piditas. Tertio q̃a ↄ̃ria tꝑantie ꝟtuti ex
imoderãtia ꝓpt̃ qꝺ ẽ vicioſa ⁊ ꝑicl'oſa. Nã
ſcribit̃ Eccs.ix. Sic piſces hamo et aues
laqueo:ſic hoies capiunt̃ in tꝑe malo:ſcʒ ꝑ
auariciã. Nimiꝝ eſca poſita ſuꝑ hamũ bo/
na eſt piſci.ſʒ ham9 nociu9. Sic tꝑalia ſũt
bona hoi: ſʒ ham9 cupiditatis imoderate
eſt nociu9 hoi. Itaq3 ſi piſcis diligẽs eſcaʒ
i hamo latẽti poſitã caperet ꝺ ea paulatim ⁊
moderate nõ capet̃ hamo.ſʒ q̃a totũ ſimul
vult deglutire:iꝺ ſua culpa perit. Sic in ꝓ
poſito. I Quarta q2 eſt ↄ̃ria iuſticie ⁊
pacis q̃eti. Nã q̃ro te o hõ.q̃d eſt qꝺ ↄtur/
bat toti9 mundi pacẽ ⁊ nõ ſinit hoies q̃e/
te viuere. Audi rñdentẽ Sene.di.ſic. Qui
etiſſime viuerẽt hoies ſi hec duo ꝓnomia
meũ ⁊ tuũ de medio tollerent̃. Hec ille. Et
in his ſignificat̃ auaricia. Ad id exẽpluʒ in
vitaſpa.legitur.⁊ Anto. ponit etiaʒ ꝙ duo
fratres nũq3 potuerũt rixari:licet vn9 aliũ3
ꝓuocaret de matta in q̃ dormire habebãt
dicẽdo. Mea ẽ.ali9 ſtati ſibi ceſſit:di. Sit
tua in noĩe ꝺi. O ſi moderni ꝑncipes ciui
ues obſeruarẽt pax eſſet. Sʒ q̃a auaricia re
gnat i eis;ꝑdãt ⁊ ꝑdant̃ ⁊ bellãt. O g̃ cha
riſſimi chriani nos attẽdam9 exẽplũ chri q̃
oĩa terrena ↄtẽpſit: pauꝑrimus nat9 eſt
⁊ in paupertate vixit:⁊ ſũma pauꝑtate mu

dus ꝓ nobis in cruce pendẽs.mortu9 eſt.

K **Circa tertium de**

modificatiõe varia ſpecieꝝ vel differẽtiarũ
auaricie vt ſciamus diſcernere qñ ſit culpa
mortalis ⁊ nccãrio ↄfitenda vł venialis ſm
Alex.⁊ Tho.ij.ij.q.cxviij.⁊ ſũmã Angeli/
cã recolligendo.alioſq3 doc. generales mo/
dos ponem9 octo q̃b9 peccat q̃s in ipa aua
ricia Prio appetẽdo ⁊ ſic eſt mortꝉe:ſi ap
petit volũtate deliberata illicite aliena:niſi
illud eſſʒ paruũ. Itẽ ſilr ſi appetit ea q̃ ſine
pccõ non pñt teneri.puta telonea iniuſta et
hmõi exactõnes vł bñficia plura Scꝺo
vtendo.⁊ ſic eſt mortꝉe:exponẽdo ad pcca
faciẽda ſua bona.ſ.ad meretrices.⁊ hmõi
Tertio adq̃rẽdo.⁊ ſic mortale eſt ſi ꝑ in/
iuſta media adq̃rit.vt ꝑ furtũ.rapinas.ꝑiu
ria ⁊c.vel etiã ꝑ artẽ illicitã aut ꝓhibitã.vt
ꝑ necromãtiã ⁊ hmõi. Silr mortale ẽ ſi ad
quirit ſuꝑflua:ſic ꝙ ꝓpterea dimittit ea que
ſunt ncãria ad ſalutẽ.vt miſſã audire in fe/
ſto ⁊ hmõi. Quarto retinẽdo.⁊ eſt morta
le ſi ſciẽter retinet q̃ tenet̃ reſtituere ⁊ pt.vel
ſi retinet ſuꝑflua ſibi ⁊ familie in caſu q̃ ali
q̃s ꝓxim9 eſt in ncitate extrema. Quinto
iniuſto titulo poſſidendo. puta vſurario vł
calũnioſo mortꝉe eſt. Sexto ↄdendo. h
eſt ex auaricia theſaurizãdo. ⁊ ſic mortale ẽ
ſi ſolũ ex affectu auaricie facit Sec9 ſi ꝓ vti
litate reipublice vł cultus diuini ampliãdi:
vel filioꝝ aut filiaꝝ ſeruato ꝑſone ſtatu ⁊ mo
do. Septimo inutilr ſeruare tĩmmõ inten
dẽdo nec erogãdo dũ oꝑtet. ⁊ h ꝓhibetur
eccłiaſticis.xij.q.ij.auꝝ. Octauo affectu
nimio amãdo.⁊ ſic eſt mortale ſi amore di/
uitiaꝝ ꝑatus eſt facere ↄ̃ ꝓcepta.al's cõiter
eſt veniale L Deniq3 de filiab9 auari/
cie notãdũ.ꝙ ſm doc plime ſt̃ ei9 filie. Sʒ
ꝓcipue ſunt ↄfitẽde iſte q̃s ponã h ꝓ captu
iuxta lr̃as mr̃is eaꝝ q̃ ꝺr cupiditas. Pri/
ma ꝺr ↄcupiſcẽtia rei aliene. ita ꝙ vellet il/
licite carꝑe furãdo ſcʒ vł rapiendo vel alio
mõ malo. Hec ſm Iſido.vocat̃ rapacitas
Scꝺa ꝺr vſura.vt ponit̃ in Angel.de hac
vide ſmone Tertia ꝺr ꝓditio.ſi vicʒ ꝓdi
dit ꝑſonã aliquã vel ciuitatem vł caſtrũ ini/
micis vel res iniuſte auferentib9. vł ſecreta.
niſi ttia eſſent iniq̃.vt ↄiuratiões ↄ̃ aliqueʒ
bonuʒ vel ↄ̃ ciuitatẽ.q2 ſic liceret.al's in ꝑ/
dictis ſingł'is vltra mortale pccm̃ tenet̃ ad
reſtitutionẽ de oi dãno inde ſecuto. Quar/
ta ꝺr iuratio falſa.vt in emptione. de q.ſ.
Quinta deceptio.ſiue fiat ꝑ fallacias ver/
boꝝ ſiue ꝑ fraudes in factꝭ. Sexta inhũa/
nitas.h eſt immiſcõia ad pauꝑes in ncitate
ꝑſertim extrema. Septima turpe lucrum.
ſi q̃ſiuit pecuniã ꝑ ludũ vel ꝑ meretriciũ vł
ꝓ teſtimonio ferendo ⁊ hmõi. Octaua ꝺr
acceptio ꝑſonaꝝ.ſ.in iudicio ꝑuertẽs iuſti/
ciã ꝓpt̃ mũera vel ꝓpt̃ amorẽ vel odium.et
hmoi Nona ꝺr ſimonia.ſi dedit aliquod
tꝑale ꝓ ſpũali vt ꝓ ſacramẽtis.vt ſi accepit
ſilr ꝓ bñficijs ↄferendis vel obtinẽdis.vel
ꝓ ordinib9 ꝓmouẽdo ꝓpt̃ pecuniã ⁊ hmõi
plura remitto ad ſũmas ↄfeſſionũ Pro fi
nali exẽplo legit̃ in Dialogo Ceſarij. et in
ſpeculo di.vj.exẽ.lxxxv.ꝙ q̃dã mł'ier auara
⁊ vſuraria cũ eſſʒ moritura vidit campũ to
tum coruis ⁊ cornicib9 repleri. et clamauit
Ue q2 ecce ꝺmones laniãt pect9 meũ. ⁊ ite
rũ ve q2 extrahũt aiam meã.⁊ ſic mortua ẽ
Tandẽ eadem nocte corp9 de feretro vide
bat̃ ab illis q̃ aderãt ꝓijci i altũ vſq3 ad tra
bem impingẽdo. indeq3 decidit iuxta limẽ
oſtij ↄfractũ.⁊ ſic a diabolo extinctꝭ lumia
rib9 fugerũt oẽs hoies. Tãdem mane illꝺ
beſtiali ſepulture tradiderũt in ſignũ dãna
tionis Rogemus g̃ chrm̃ vt nos caueat ab
hoc vicio et dãnatione ⁊c.

Dñica eadẽ vicʒ de paſſiõe p9 prandiũ
Sermo.xxxviij.de malig̃ vicio detractõis.

S Anguis chri
ſti emũdabit ↄſciam nr̃aʒ ab
opib9 mortuis ad ſeruiẽdũ deo
viuẽti Uerba ſt̃ apłi Heb.ix.⁊ in epł'a ho
dierna M Quib9 oñdit ꝟtutẽ et effi/
caciã ſanguis dñi nr̃i Jeſu q̃ hʒ nos a pec/
catis emũdare. Et h pluriб9 modis. Prio
quidem redimendo. Secũdo abluẽdo.q̃a
ſanguis chri effluxit de corꝑe deitati vnito
et de corde chriſti in quo eſt fons diuini a/
moris. Unde Apocał.j. Dilexit nos chri/
ſtus.ſcʒ redimendo.⁊ lauit nos a pccis no/
ſtris in ſanguine ſuo. In cui9 myſteriũ ſan
guis et aqua exiuit ꝺ latere chri vulnerato
Sanguis in redẽptionẽ:aq̃ in ablutionem

vt dt Chryſ.tractatu de paſſiõe O ĝ Je
ſu bone tibi laus ⁊ grãrumactio.qꝛ nos re
demiſti a diaboli captiuitate ⁊ abluiſti ſan
guine tuo a pccĩs nr̃is .Deniqꝫ tertio emũ
dat nos ſanguis chr̃i interpellãdo. Naꝫ vt
glo.ſuꝑ Hiere.v.dt.Sãguis Abel vindi
ctã clamat ſicut ⁊ ſanguis cuiuſcũqꝫ.ſ. ho⸗
minis iniuſti occiſi. Sãguis aũt chr̃i nemi
nem accuſat ſed veniã clamat.ſ. penitẽtibꝫ.
et ſaluteꝫ interpellat cũ ſit aduocatꝰ noſter
apud patrẽ Amb.Sãguis chr̃i clauis eſt
ꝑadiſi.Jp̃m ĝ o chariſſimi in corde tenea⸗
mus vt ſic ꝑ eũ in celum intrare valeamꝰ.
Vltimo ſanguis chr̃i nõ ſolũ emũdat p̃di
ctis mõis ab opibꝫ mortuis.i.a pccĩs mor
talibꝫ.ſꝫ etiã obligat ad ſeruiendũ dõ viuẽ
ti.vt dr̃ in themate. Jdeo.j.Cor.vj.Em
pti eſtis p̃cio magno.ſ.ſanguine chr̃i. glĩfi
cate ĝ ⁊ portate deũ in corpe v̄ro.ſcꝫ ſibi de
ſeruiedo:nõ diabolo. Sꝫ heu multi chr̃ia
ni redẽpti ſanguine chr̃i portãt diabolũ in
corꝑe ꝑ carnalia pccã.Et adhuc plures et
innũerabiles portãt in lingua ꝑ detractio⸗
neꝫ q̃ ſeruiũt diabolo.adeo ꝙ ſicut Hiero.
⁊ glo.ſuꝑ Prouer.xxiiij.di.in h̃ vicio dtra
ctionis ſpãliter ꝑiclitatr̃ totũ genꝰ humanũ
Jdeo de ip̃a tria myſteria declarabimꝰ ꝓ
hoc ſer. Aliud thema vide intra ſmonẽ

Primũ dr̃ horrẽde malignatõis.
Scðm dr̃ varie modificationis.
Tertium dr̃ mortifere offenſionis.

A Circa p̃mũ de hor
De his vide parte eſtiuali Pomerij. ſermone. xxj. N

Feria. vj. dñice. iij. Sermo. xxvij. ſeq̄t. de q̄nto p̄cepto. ſ. Non occides

d Icit eis Ieſus. Meus cib⁹ ẽ vt faciam voluntatẽ ei⁹ q̄ miſit me. Io. iiij. ⁊ in euangelio hodierno Uerba ſunt ſaluatoris nr̄i Ieſu: i q̄b⁹ ſuo exẽplo docet nos ꝙ oĩs nr̄ cib⁹. i. appetit⁹ ⁊ deſideriũ voluntatis ad id tẽdat: vt. ſ. voluntatẽ dei in p̄ceptoꝝ ſuoꝝ obſeruãtia faciam⁹. Sȝ qm̄ poſt p̄dicta p̄ceptũ quintũ eſt hoc. ſ. Nõ occides. i q̄ vt dicũt Alexan.

de .ales ꝛ Tho. ac doc. cōiter ꝙ ꝓhibeť explicite homicidiū. implicite ꝟo ꝓhibeť oīs mot⁹ ire ꝛ oīs leſio ac nocumētū qđ inferri poſſet in ꝑſona ꝓximi. puta trūcatio. verberatio. notabilis leſio. ſanguinis effuſio. ꝛ ſic de alijs. ꝛ etiā deliberata volūtas faciēdi talia ꝓxio. Proinde de homicidio in ſmone nota tria myſteria ſicut habes in forma ī q̄dragesimali ſcđo pomerij ſcꝫ de vitijs. ſmōe. xliij. vide ibi.

Sabbato dñice t̄rie Ser. xxviij. de ipo ſpūali homicidio. i. aīe occiſiōe.

V Ade ꝛ ampli⁹ noli peccare Jo. viij. ꝛ in euāge. hodier. Verba ſūt dñi ieſu q̄ dū misericordit̄ liberaſſet adulterā ne lapidareť ſꝫ legē moyſi. lꝫ demerebať. hec ꝟba eidē dixit. Nec ego te ꝯdēnabo. vade ꝛ ampli⁹ noli peccare. Et in h̄ myſterialr̄ docuit ꝙ magꝭ debꝫ hō cauere a pctō q̄ occidiť aīa q̄ꝫ a q̄cunq̄ꝫ tp̄ali pena corpis. qm̄ ſicut aīa p̄cioſior eſt oī corpe (ꝓut teſtať Aug. li. lxxxiij. q̄ſti.) ita mors ꝛ occiſio aīe deterior ē q̄ꝫ mors vl̄ pena corpis. ꝓpť qđ in h̄ p̄cepto Nō occides ꝑ oī homicidio corꝑali ꝓhibeť ne occidas aīam ſcꝫ ꝓꝑiā vel alienā. Vñ ꝛ Aug⁹. de de pe. di. j. Noli inq̄t putare nō eſſe homicidiū cū fratri male ꝑſuades. cuꝫ em̄ male ꝑſuades occidis ſcꝫ aīam ꝑ pctm̄ crimiale ꝑiuriū. ſ. furtū luxuriā fraudē ꝛc̄. Proiñ de occiſiōe aīe tria myſteria delarabim⁹

Primū đ occiſiōis aīe modalitate
Scđm de eiuſdē mag̃ dānoſitate
Tertiū de ipi⁹ cuſtodie ſtudioſitate

De p̄mo vide ꝑte eſtiuali pomerij ſmone xij. D. vſq̄ꝫ G. De ſcđo ꝛ etiaꝫ tertio vide ibidē ſmōe q̄rto q̄ntū placet.

Dñica q̄rta q̄dragesime in mane Ser. xxix. de occiſiōe in fama ꝑ linguā detractoriā q̄ ꝓhibeť p̄cepto h̄ eodē.

f Equebatur

eū ſcꝫ Jeſum multitudo magna. Jo. vj. ꝛ in euāgelio hodierno Circa hec ꝟba ſacri euāgelij aduertam⁹ chariſſimi admirandū manſuetudinem ꝛ charitatē in chr̄o ieſu. qm̄ vt doctores ꝛ Lyra exponeñ. dicūt Seq̄banť dñm ieſum multi ex q̄b⁊ aliq̄ ꝓpter curioſitatem vt viderēt ei⁹ miracula ꝛ audirēt q̄lia p̄dicat. Aliq̄ aūt ex deuotione credeñ. in euꝫ ꝛ reuerētes ei⁹ miracula. vñ diciť in h̄ euangelio. q2 videbāt ſigna q̄ faciebat ſuꝑ his q̄ infirmabanť. aliq̄ ḡ etiā ſeq̄banť vt ſanarenť a languorib⁊ ſuis. ſꝫ hoc erat peſſimū ꝙ aliq̄ ſicut phariſei ſeq̄banť chr̄m vt haberent vñ poſſent cū rep̄hendere ꝛ ei detrahere. ꝛ tñ chr̄s dñs pius ſe ſequētib⁊ exhibuit pietatis officia ſatiando illos cū tñ omnes ſciret q̄li intentione inſidiarenť. in h̄ exemplū dans nobis patienter tolerandi noſtros aduerſarios ꝛ bñfaciēdi detractorib⁊ ꝛ odientib⁊. Proinde contra tales bonorū hominū detractores quorum infinitus eſt numerus agentes qui ſcilicet nō curant dei preceptum quo p̄cipit non occidere ꝓximuꝫ neq̄ꝫ facto neq̄ꝫ verbo. neq̄ꝫ animo inique. ſed iſti gladio lingue occidūt vt de detractione peniteant. ergo tria myſteria declaremus ꝑ hoc ſermōe. ſicut habes in q̄dragesimali ſcđo. ſ. de vicijs ſermone xxxviij. vide.

Dominica eadeꝫ poſt prandium. Sermo. xxx. de liberatione a morte anime per confeſſionis p̄parationem qđ includiť in hoc p̄cepto.

f Ratres liber

tate chr̄us nos liberauit. Verba ſunt apl̄i Pauli ad Gal'. iiij. ꝛ in ep̄la hođ. In q̄b⁊ docet ꝙ ꝑ dñm Jeſum cōſecuti ſumus veram libertatem in morte ꝛ paſſione eius vt docet exponendo Lyra. ſed qm̄ nūc ꝓſequimur ſicut cepimus de q̄nto precepto decalogi. qđ p̄cipit di. Non occides Scimus autē Aug⁹. ꝛ ſcriptura docente. quoniā anima humana occidiť ꝑ peccatuꝫ ꝓpter qđ ex precepto tenemur eam p̄cauere ꝛ a morte ſpūali liberare gratia chr̄i. Sꝫ qualiter poſſumus animam liberare a tali morte ſcꝫ culpe Ambro. edocꝫ de pe. di. j. ca. ecce. di. Cōfeſſio liberat a morte ꝛ paradiſum aperit. Et qm̄ iā imminet tēpus

quo tenemur ꝯfiteri: ad quod requiritur debita p̄paratio. idcirco opus eſt de ea p̄dicare. vt ꝑ eam a morte anime chr̄o donāte poſſimus liberari. Unde de confeſſiōis p̄paratione tria myſteria declaremus.

Primū đr neceſſarie contritōnis
Scđm đr debite examinatōis
Tertiū đr amare recognitiōis.

De p̄mo vide in primo quadrageſimali. ſcꝫ de penitētia. ſmone. xvj. O. vſq̄ꝫ finē quantū placet. De ſecūdo autē ꝛ tertio vide ibidem ſmone. xxiij. M

Feria ſcđa dñice quarte Ser. xxxj. de homicidio ſpūali ꝑ odiū ꝛ inuidiā

D Irit Jeſus. Soluite tēplū h̄ ꝛ in tribus dieb⁊ excitabo illđ. Jo. ij. ꝛ in euāgelio hodierno. Sicut đr ī lr̄a dñs Jeſus h̄ dixit de tēplo corꝑis ſui ī q̄ deitas habitauit ſicut in ſuo tēplo. Et Lyra ac doctores dicūt ꝙ hec dixit chr̄s prenūciādo qđ iudei erāt facturi. h̄ eſt ꝙ occiderent chr̄m: ꝛ ſic ſoluerēt aīam ei⁹ a corpore. Nā ipi iudei iā ꝯceꝑant ex inuidia ꝯ chr̄m maximū odiū; eo ꝙ vicia illoꝝ r̄darguebat. Sic heu multi nūc faciūt odiētes bonos viros q̄ illorū vicia corripiūt ꝛ iuident eis: ꝛc inimicanť: ſed attendā: ſcp̄tum j. Jo. iij. Qui odit frēm ſuū homicida eſt. Proinde de homicidio ſpūali huiuſmodi quod ꝓhibeť eodē p̄cepto. ſ. Nō occides tria myſteria in h̄ ſmone declarabim⁹.

Primū đr execratio tal' odij ꝛ inuidie.
Scđꝫ đr notificatio ei⁹ culpeÿl' malicie
Tertiū đr obligatio fraterne amicicie.

De p̄mis duob⁊ habes in q̄dragesimali ſecūdo Pomerij de vicijs. ſmone. xxxix. ſꝫ tertiū articulū vide in parte eſtiuali pomerij. ſmone. xxxvj. ar. ij. H

Feria tertia dñice q̄rte Ser. xxxij. đ homicidio cordiali ꝑ irā rixā ꝛ ꝯtumeliā.

n Emo ex vo

bis facit legē: q̄d me q̄ritꝭ interficere. Verba ſunt chr̄i ieſu Jo. vij. ꝛ in euangelio hodierno. In q̄ claret mira chr̄i māſuetudo ꝛ mititas. q2 cū iudei dicerēt ſibi ꝯuicia dicētes, Demonium habes: ꝛ vellent eum apprehendere ꝛ q̄rerent interficere: manſuete reſpōdit nec ꝯuiciū reddidit ꝓ ꝯuicijs. Unde in h̄ docuit exemplo ſuo patienter ꝛ manſuete nos tolerare iacula verborū: conuicia ꝛ cōtumelias contra nos rixantiū. De his vide euangeliū. Ex quo autē hoc precepto quinto ꝓhibeť implicite omnis inordinatus mot⁹ cordis: ſcꝫ ire odij: maxime prorūpens in verba cōtumelioſa: cōuicia ꝛ rixas: vt expoſuit hoc p̄ceptū idem chriſt⁹ Matth. v. dicens. Audiſtis quia dictum eſt, non occides. q̄ autē occidit reus erit iudicio. Ego autē dico vobiſ. omnis q̄ iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. qui autē dixerit racha reus erit concilio. ꝛ q̄ dixerit fatue reus erit gehenne. Unde ſm Alex. iij ꝑte. q. xxv. ꝛ docto. cōmuniter ꝓhibeť illo p̄cepto eodem omne tale tanq̄ꝫ homicidiū cordis. Ideoq̄ꝫ de his tria myſteria declarabimus hoc ſermone.

Primū đr deteſtationis
Scđm đr offenſionis
Tertiū diciť ſufferētie vel defenſiōis.

De p̄mis vide in q̄dragesimali ſcđo Pomerij. ſ. de vicijs ſmone. xliiij. ſed an debeat quis ſe defendere in talibus y Addemus hic aliq̄s queſtiones de rixa vel p̄uato bello cauſa defenſiōis. Prima queſtio. vtrū liceat cuilibet ſeipum defendere: Rñdetur breuiter ꝙ regula iuris naturalis ē ꝛ poſitiui. ff. de iuſticia ꝛ iure. l. vt vim vi ꝛc̄. talis ſcꝫ vim vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele. ꝛ intelligiť hoc moderamen illud qđ equalet illate violentie in q̄litate armoꝝ ꝛ ī ꝯcurſu tp̄is ꝛ ī ipo actu violētie. al'as excedēdo videť eē vindicta ꝛ ꝑ ꝯñs peccatū. Unde ex h̄ patꝫ ꝙ defenſio licita eſt vniuerſalit̄ omnib⁊ tam laicis q̄ꝫ clericis ꝛ etiam religioſis. Nā opinio contraria reprobatur in Clementina. extra de homicidio. ſi furioſus. Sed q̄ſtio reſtat. nunq̄d teneť quis ad hoc ſcꝫ vt vim vi repellat: Rñdetur ſm Tho. ij. ij. q. xlj. ꝙ nullus teneť ad hoc: ſed maioris ꝑfectionis eſſet ſi ſufferret vel ꝑmitteret ſeipſuꝫ īterfici q̄ꝫ ſe defendēdo occidere cū nō poſſet alit̄ euadere. ꝛ h̄ intellige qñ talis eſſet in bona diſpoſitōe anime ſue. hoc eſt ī ſtatu ſalutꝭ. Nā ſic fecit ſanct⁹ Thomas mar

tyr archiep̄us cantuarienſis q̄ noluit precludi ianuas eccleſie: nec ſe defendi ab occiſoribꝫ ſed obtulit ſe: qḋ fuit ꝑfectōis. Similiter fecerūt ſcti milites thebei. ſ. Mauricius cum ſocijs. Unde q̄ñ q̄s nō eſſet ī ſtatu ſalutis fatue ſe exponeret morti corꝑis ⁊ anie. Denicꝫ etiā in bello iuſto ꝯ inimicos eccl'ie vel infideles ſicut inter cruciferos oppugnātes contra ſaracenos ⁊ alios huiuſmodi nō deberet ſe chr̄ian⁹ morti exponere: ſꝫ reſiſtere ⁊ defendere fideles q̄ntum poteſt. Secunda queſtio vtrū defenſio huiuſmodi licita ſit vbicꝫ ⁊ ſemꝑ ⁊ ꝯtra quoſcuncꝫ inuadentes. Reſpondetˀ ꝙ licita eſt Primo etiā in loco ſacro ⁊ in eccleſia: ⁊ ſic vbicꝫ. q2 etiāſi polluatˀ eccleſia ſanguinis effuſiōe: tamē poteſt recōciliari. Magis ergo ponderāda eſt cōſeruatio hominis quādo ſequeretˀ mors: cū illa ſit irreſtaurabilis. ſed quia in tali caſu non iniurioſe fit ſanguinis effuſio: ſꝫ ſe defendendo propter periculū. ideo ꝑ hoc ſic nō polluitˀ eccleſia. extra de conſe. eccle. lib. vj. ca. vnico. Secundo licita eſt etiam in quocuncꝫ officio occupato: etiāſi miſſam celebrans inuaditˀ ad mortē ſibi vel etiam quodcuncꝫ ſacramentū miniſtrādo. vnde ⁊ tunc ſe defendendo ⁊ occidēdo non fit irregularis. vt patet in ſupradicta clementina. c. ſi furioſus. ✠ Sed di. Quid cū inuaditˀ ſacerdos ad mortē quādo iā puerum habet ī manibus ad baptizandū q̄ puer eſſet in articulo mortis. ita ꝙ ſi ſacerdos diuertat ſe ad defendendū puer interim morietˀ: ⁊ ſic damnabitˀ cum nō ſit ali⁹ q̄ baptizet illū. Reſpondetˀ ſm̄ Joannē de lignano: ꝙ in tali caſu preeligenda eſt mors corporalis ſacerdotis; que eſt vnū malū temporale: q2 al'as ſequerentur duo mala ſpūalia. ſ. mors eterna pueri. de ꝯſe. di. iiij. c. firmiſſime. ⁊ etiā neglectus cure animarū: quod eſt mortale ſacerdoti. extra de eta. ⁊ quali. c. cum ſit. Idem dicit ꝑeligendū cum foret dubium ꝓbabile ꝺ morte vel vita pueri interim: ⁊ cōſtaret ꝺ morte ſacerdotis: niſi diuerteret ad ſe defendēdum. hec ſm̄ Joan. de lignano. Tertio denicꝫ licita eſt p̄fata defenſio ꝯtra q̄ſcuncꝫ etiā ſuꝑiores ſuos iniuſte inuadentes. et ꝯtra iudicem ⁊ poteſtatem vel etiā epiſcopum aut abbatem iniuſte inuadentē. nam etiā monacho licet ſe defendere: preſertim in caſu ſi epiſcop⁹ vel abbas inuaderet vt ſubito occideret. Ad predicta facit. C. de iure fiſci. l. prohibitū. Tertia queſtio ꝓ quibus huiuſmodi defenſio fit licite. Reſpondetur ſm̄ canoniſtas ⁊ legiſtas ꝙ nō ſolum ꝓ ſeipo ſed etiā licet ꝓ filijs ⁊ filiabus ⁊ ꝓ vxore ⁊ ꝓ ſponſa. Sed an quilibet de populo poſſit quelibet defendere: dicūt ꝙ nō licꝫ occidendo inuaſores: ſꝫ ſine occiſione licꝫ. p̄ſertim cum mandatū factum eſt vt defendantˀ tales clamādo: defendite vel huiuſmodi: vt notat Baldus dicta Lege. Ut vim. Unde aduerte pro regula ꝙ irregularitatē nō effugit qui pro alterius defenſione alterꝫ occidit. patet in ſumma Angelica. Itē nunq̄d licet defenſionem fieri ꝓ rebus. Dicendū ſm̄ Innocentiū ⁊ Barto. di. l. vt vim. ⁊ fratrē Angelum ꝙ ſic pro rebus auferendis ne auferantur: ꝗꝫ pro ablatis vt recuperentˀ in cōtinenti. tamen nō licet pro rebus ſeipſum exponere morti ſcienter

Feria quarta poſt dominicam quartā. Sermo. xxxiij. Sequitˀ de ſexto p̄cepto. ſ. Non mechaberis.

r Abbi quis peccauit: hic aut parētes eius vt cecus naſceretur. Joā. ix. ⁊ in euangelio. Domino Jeſu hanc queſtionē ꝓpoſuerūt diſcipuli de ceco nato. Ad quā reſpondēdo domin⁹ Jeſus docuit ꝙ talis defectus monſtruoſus non ſemꝑ fit ex peccato parentū: vel ipſius ceci nati: qui actuale peccatū nō habuit licet ſit in originali natus. ſed quandocꝫ fit vt manifeſtentˀ ꝑ miraculū opera dei ī illo. Uerūtamen hoc conſtat vt etiā docꝫ Lyra ꝙ parentes aliquādo ꝓ ſuis peccatꝭ puniuntur in filijs monſtruoſis ex diuina iuſticia: et dato ꝙ in preſenti non puniantur certum eſt ꝙ in futuro punientur om̄es vicio luxurie peccantes. quia de⁹ p̄cepit Exodi. xx. in decalogo di. Non mechaberis. Quo p̄cepto ſm̄ ꝙ Aug⁹. dicit ꝓhibetur omnis illicitus ꝯcubitus: ⁊ mēbrorꝫ illegitim⁹ vſus quomodocūcꝫ hoc fiat p̄ter ſolum vſum licitum cum ꝓpria vxore. ſ. legitima. contra quod p̄ceptum innūerabiles peccāt. Proinde ꝺ luxurie vicio qḋ ꝓhi

betˀ ſm̄ oēs ſpecies ⁊ modos ſuos tria myſteria declarabim⁹

Prim̄ dr̄ mortal' offenſiōis.
Scdm̄ dr̄ modalis ſpecificatiōis
Tertiū dr̄ infernalis aſſiſtatiōis.

De iſtis habes in q̄drageſimali ſcdo ſcilꝫ de vicijs in Pomerio ſermone. xxvij. ꝑ totū. Ad idem plura vide circa nonum preceptum.

Feria q̄nta poſt dñicā q̄rtā. Ser. xxxiiij de cauēdo turpiſſimo peccato luxurie ⁊ periculis eius.

a It ieſus adoleſcens tibi dico ſurge. Luc. vij. ⁊ in euāge. hodierno Si diligenter ꝯſideram⁹ chariſſimi: mortu⁹ iſte ꝑ dñm ieſum reſuſcitatus ſcat pctōres luxurioſos q̄s ſepe ꝑ grāꝫ ſuam chr̄s reſuſcitat a morte pcti ad obſuāndū di p̄cepta. ⁊ huic myſterio congruit qḋ dicitˀ: adoleſcēs. q2 in adoleſcētia feruet luxuria. ⁊ etiā qḋ dicitˀ. i porta inq̄t efferebatˀ q2 talis luxurioſus ꝑ portā q̄ncꝫ ſenſuum educitˀ ad ſepeliendū in pcti ꝯſuetudīe velut in morte. Proinde circa hoc p̄ceptū ſextum de cauenda luxuria adhuc reſtat ſermo alius de quo ſubſequenter vbi ſup̄. vide ſermone. xxviij.

Feria ſexta dñice q̄rte. Ser. xxxv. Seq̄tur iaꝫ de ſeptimo precepto. qḋ eſt Nō furtum facies.

d Icit ei ieſus: qui credit in me etiā ſi mortu⁹ fuerit viuet. Jo. xvj. ⁊ euāgelio. In q̄bꝫ v̄bis dñs ieſus docet fidei vtilitatē. q2 q̄ credit in me inq̄t ſcꝫ fide vera ⁊ catholica talis etiāſi mortuus fuerit Lyra. ſ. morte culpe ꝑ lapſum in pctm̄ aliq̄d. viuet. ſ. reſurgēdo ꝑ pn̄iam in obſeruātia diuinorꝫ p̄ceptorꝫ q̄ faciens hō viuet in eis vt dicitˀ Deutero. v. Et qm̄ iā inſtat nobis ſmo de ſeptimo p̄cepto ſcilꝫ Nō furtū facies. in q̄ ꝓhiberi intelligūtur oīa dāna in rebꝫ ꝓximi vt exponit Tho. ij. ij. q. cxxij. arti. vj. Un̄ Aug. xiiij. q. v. penale dicit. Furti nomine intelligitˀ. etiā rapina ⁊ omnis illicita vſurpatio rei aliene. Proinde de hoc p̄cepto vt homo ſciat cauere omne furtum ⁊ rapinam ⁊ ſic in fide chr̄i viuat obſeruando precepta tria myſteria declarabimus. de quibus habes in forma in q̄drageſimali ſcdo pomerij. ſ. de vicijs ſermōe. xxxvj. vbi agitˀ de furto ⁊ rapina multiplici.

Sabbato poſt dominicā quartā Sermo. xxxvj. de fraude vitanda in emptione ⁊ venditione.

d Icebat ieſus. Qui ſequitˀ me nō ambulat in tenebris. Jo. viij ⁊ in euangelio hodierno. In q̄bꝫ monet nos chr̄us domin⁹ vt ſequamur ipm̄ in omni ſanctitate ⁊ veritate obſeruando eius precepta ac nō ambulare in tenebris errorꝫ ⁊ viciorꝫ. Sed heu multi ſunt chr̄iani qui potius ſequuntˀ diabolū p̄ſertim in fraudibꝫ ⁊ iniquitatibꝫ q̄s committunt in emptione ⁊ venditione. cum tn̄ hoc eodē precepto ſcilicet Non furtum facies. om̄ia talia intelligūtur fore a deo ꝓhibita. vt dicit Tho. ⁊ doc. Unde de negotiatione in emendo vel vendendo tria myſteria declarabimus de quibꝫ in forma vide in q̄drageſimali ſcdo Pomerij de vicijs ſermone xxxj ꝓut tibi placet.

Dñica de paſſione in mane Ser. xxxvij de eiuſdem p̄cepti. vij. tranſgreſſiōe varia p̄cipue de vſuris

q Ui ex deo ē

verba dei audit. ꝓpterea vos non auditis. q2 ex deo nō eſtis Jo. viij. ⁊ in euangelio hodierno. Uerba hec dixit dominus Jeſus: que quidē ſunt valde amabilia bonis ⁊ iocunda. ſed valde amara ⁊ terribilia trānſgredientibꝫ precepta dei. Naꝫ ex quo homies mali nō audiūt ope implēdo v̄ba dei in preceptis expreſſa eoipo oſtendunt ſe eſſe filios diaboli. ⁊ ꝑ conſequēs eternaliter cum diabolo cruciandos. Sed boni eoipo ꝙ audiunt ⁊ obſeruant p̄cepta oſtendūt ſe eſſe filios dei ⁊ ꝑ ꝯſequens cum diabolo in futuro beatificandos. Proinde Ambro. in hodierna homē. dicit. Hoc ſcitote fratres ꝙ vnuſq̄ſcꝫ cuius opera facit eius ⁊ filius eſſe dicitˀ.

Sed qm̄ inter p̄cepta dei h̄ eſt vnū.ſ.non furaberꝭ.qd̄ mali hoīes multipliciter trāſgrediunt̄. Pꝛoinde de h̄ tria myſteria declarabim⁹.

Primū de execrāda vſure iniq̄tate

Scdm̄ de varia ei⁹ culpe modalitate.

Tertiū d̄ ꝯfitēda offenſe in h̄ ꝯrietate.

De p̄mo ꝛ ſcd̄o vide in q̄dragelimali. ij. pomerij ſcꝫ de vicijs ſermone.xxxv.vicꝫ de vſur.ꝑ totū AA Sed adde ꝓ tertio articulo ꝙ exq̄ iam aduenit tp̄s ꝯfitendi d̄ peccatis. Jō notandum eſt ꝙ ꝯtra hoc p̄ceptum multipliciter homines peccant idō ꝗ ꝯfiteri tenentur iuxta hoc vt colligo ex Alexan.iij.pte ſūme.q.xxv.ar.iiij.ac Raynerium ꝛ Anton̄. floꝛen. par.j.ti.xiij.ca.iiij.

Pꝛio peccat q̄s aliēa occulte accipiēdo Nam hoc eſt furari.quia furtū eſt contrectatio rei aliene fraudulenta ꝛ occulta.qualitercunq̄ fiat hoc vt pꝛedicti doctoꝛes volunt. Secundo bn̄ficia ſb̄trahēdo ſcꝫ in extrema neceſſitate paupeꝝ cū deberēt illꝭ cōicare.tūc ei aliena rapit ꝛ inuadit nō dādo qd̄ obligat̄ de ſuis bonis dare illis vt dicit Amb.di.xlvij.ſicut hi. Tertio capiendo vi vel cogēdo ſicut faciūt nō ſolum latrones in ſtratis publicis ſed etiā ipi p̄ncipes ꝛ cōitates vſurpātes iniuſta aliq̄ territoꝛia villas ꝛ metas ꝛ facientes iniuſtas exactiones vel pedagia ꝛ collectas triceſimas ꝛ hmōi. Ezech.xxij. Pꝛincipes ei⁹ in medio q̄ſi lupi rapiētes pꝛedā. Quarto defraudando ſicͭ fit in negociando ſiue per pōdera iniuſta ſiue alijs modis vt patuit. de emptiōe ſupꝛa. Quinto eccl̄ie bona male expēdendo ſcꝫ in malos vſus. vn̄.xij. q.j.§.vlti.glo.dicit.ꝙ p̄lati eccl̄iaſtici ſi bn̄ adminiſtrāt loco dn̄oꝝ ſūt.ſi male loco p̄donū vnde ꝛ tenent̄ ſatiſfacere Sexto fenus vſure faciendo de q̄ iam patuit h̄ ſermone. Septimo falſe ꝛ iniuſte iudicando Eſa.x. Ve q̄ condūt leges iniq̄s ꝛ ſcribunt iniuſticias vt oppꝛimāt i iudicio pauperes vt eſſent vidue p̄da eoꝝ Octauo grauiter dānificādo.ſ.incēdijs :bellis iniuſtis ꝛ hmōi. Nono hoꝛrēdū ſacrilegiuꝫ vꝫ ſimoniā cōmittēdo. Hiero.xij.q.ij.glia Amico rapere furtū ē.eccl̄iaꝫ fraudare ſacrilegiū eſt. Hec ille. Decio illicite quōcūq̄ ledendo.ſ.ꝓximū in reb̄ ꝛ ad id cooperādo ꝯſiliādo mādādo vel ꝑticipādo.ꝛ ſic alijs modis d̄ q̄b̄ patuit ſ̄ ſmōe.xxxv. de furto Hec ſufficiant

Dn̄ica eadē poſt pꝛandiū Ser.xxxviij. de confeſſione tranſgreſſionum p̄ceptoꝛuꝫ decalogi.

f J confitea mur pctā nr̄a fidelis ꝛ iuſt⁹ ē de⁹ vt remittat nob̄.j. Jo. j.ca. Jn q̄b̄ v̄bis ſctūs ap̄l'us certos ꝛ ſecuros nos reddit de pctōꝝ remiſſione ꝑ ſacrā ꝛ verā ꝯfeſſionē obtinenda.ꝛ h̄ p̄mo ex dei ꝓmittētis fidelitate.qꝛ fidelis eſt deus ſcꝫ i ꝓmiſſis.nā ꝓmiſit veniā penitētibus Mat.iiij. Pniam agite appꝛo.ꝛc.dei autē v̄ba ſūt v̄itatis infallibilis. Scd̄o ex iuſticie eq̄tate.vn̄ ſubdit. Et iuſtus eſt. Nā licꝫ nos non meremur de ꝯdigno,tn̄ qꝛ de⁹ ex ſua libalitate ꝓmiſit iuſtū ē h̄ facere.qꝛ q̄d ꝓmiſſū cadit i debitū ſm iuſticiā,ꝛ qꝛ chr̄s dn̄s ſua paſſione ꝛ ſanguine h̄ nob̄ meruit ſm iuſticiā ſatiſfactōis ꝓ nob̄ Vn̄ ꝛ eccl̄ia in hodierna ep̄la canit ꝙ ſanguis chr̄i emūdat ꝯſciam nr̄am ab opib̄ moꝛtuis.i.moꝛtalis pcti. Quapꝛopt̄ expediēs ē ſmonē h̄ facere vicꝫ inſerēdo de ꝯfeſſiōe trāſgreſſionis p̄ceptoꝝ. Tū qꝛ ꝓ h̄ tp̄e ꝯfiteri obligauit eccl̄ia ſctā de oīb̄ pctis q̄ q̄dem oīa includunt̄ in iſtis p̄ceptis. Tum qꝛ deuotio ꝛ populi inſtructio id req̄rit. Tū deniq̄ qꝛ h̄ p̄ceptū octauū de q̄ agendū ſequit̄ vicꝫ. Nō loq̄ris falſuꝫ teſtimoniū ꝯ ꝓximū implicite ꝓhibet etiā taciturnitatē v̄itatis p̄ſertim in iudicio ꝯfeſſionis: vtꝫ ꝑ Alexan. iij.ꝑte ſūme.ꝛ ſic ꝑ oppoſitū cōtinet ꝙ hō veraciter ꝯfiteri teneat̄ in iudicio ꝓp̄rie cōfeſſiōis.qꝛ Aug⁹.pꝛimo de ciui.dei ca.xxj dicit: ꝙ teſtimonij falſi n̄ min⁹ re⁹ ē q̄ de ſe ipo falſum fatet̄ ꝗ ſi aduerſus ꝓximū hoc faceret. Hec ille. Vn̄ de ꝯfeſſiōis vero teſtimonio in foꝛo ꝯſcie tria myſteria declarabimus

Primū de ſecuritate diuīe acceptatōis,

Scdm̄ de q̄litate debite notificatiōis.

Tertiū de modalitate p̄ctice ꝯfeſſiōis.

De p̄mis duob̄ articulis vide in q̄dragelimali p̄mo pomerij ſcꝫ de penitētia accipiendo q̄ placent.ſermōe.xxx.

BB Sꝫ de tertio ꝓ pꝛactica ꝯfeſſiōis de p̄ceptis decalogi nota bꝛeuiter ꝓ documento iuxta ꝓpl'i capacitatem de ſingulis p̄ceptis epilogando ex p̄ſcriptis Pꝛimo de pꝛimo p̄cepto ꝙ vicꝫ ꝯfitenduꝫ eſt. Si adoꝛaſti aliquā creaturā vel ſupſtitionib̄ vſus es: aut ſoꝛtilegijs vel incātationib̄ q̄liōcunq̄ vel ꝯſuluiſti Jtē ſi in aliq̄ articulo fidei dubitaſti. Jtē ſi hereticis vꝫ iudeis fauiſti vel fidē negaſti. Jteꝫ ſi comediſti vel bibiſti aut balneū intraſti cū iudeis: vꝫ ca q̄ ſt̄ ꝓhibita feciſti:cū eis ꝯuerſādo Jtē ſi deū ſup̄ omnia nō dilexiſti. Jtē ſi in aliquo ꝯ deū voluiſti. Jtē de ſupbia.ſi ꝯtempſiſti obedire aliquo p̄cepto ꝛc. De ſcd̄o p̄cepto ꝯfitendū eſt de iuramēto ſine cauſa:vel ſi p̄ieraſti.ſi irreuerēter ꝛ hmōi. Jtē de blaſphemia dei vel ſctōꝝ. Jtē de ſacramentoꝝ irreuerētia:vel ſi in pctō ſuſcepiſti vꝫ falſa fide crediditi. Circa.iij. p̄ceptū de ope manuali:ꝛ ſi miſſam nō audiſti in feſto. Jtē ſi pctm̄ in feſto feciſti:vꝫ de factꝭ cōtritionē nō foꝛmaſti. Jtē ſi vanis ſpectaculis vel choꝛeis ꝛ hmōi te dediſti. Jteꝫ ſi vigilias ꝛ ieiunia de p̄cepto non ieiunaſti. Jtē ſi p̄cepta eccl̄ie nō ſeruaſti.ſi pn̄iaꝫ nō egiſti.ſi ꝯfeſſionē dum debuiſti nō feciſti. Jtē ſi veniā petentib̄ nō indulſiſti. Jteꝫ ſi gule ꝛ ebꝛietati deſeruiuiſti.ꝛ ſic de alijs.

Circa q̄rtū Si pentib̄ vel ſupioꝛib̄ vꝫ confeſſoꝛi tuo obedientiā vel reuerentiaꝫ n̄ feciſti. Jtem ſi parētes ꝯtempſiſti ꝛ eis neceſſaria non dediſti.ſi eos vituperaſti.vel ſi ꝓ eis iam defunctis nō oꝛaſti vel nō ſubueniſti. Jtē ſi opa miſe̅dīe in ꝓximos ꝛ i pauperes nō impēdiſti:ꝛ ſic de alijs.ſi maledixiſti eiſdem. Circa quintum Si occidiſti coꝛde odiendo vel iram tenendo aut ꝓpoſitum occidendi vel mutilandi habuiſti vel ſi verbo detrahendo vel facto.ſi ad peccandū induxiſti vel docuiſti Circa ſextū Si mechatus es in quacunq̄ ſpecie luxurie.ſ.meretricio:adulterio: ſtupꝛo: inceſtu: ſacrilegio:cōtra naturā:vel cū vxoꝛe illicito modo:vel in feſtis magnis.ꝛ ſic de alijſ

Circa ſeptimū:de furto:de rapacitate: de fraude: de vſura:de ſimonia:de ſacrilegio:de iudicio iniuſto:de exactiōe iniuſta: ꝛ de dāno quocunq̄. Circa octauuꝫ:de falſo teſtimonio de mēdacio. Jtē de pctis in ſpm̄ſctm̄ qui eſt ſpūs veritatis.de quib̄ in ſeq̄ntib̄. Circa nonuꝫ de cōcupiſcentia carnali cuiuſcunq̄ aliene:de voluntate luxuriādi:d̄ q̄nq̄ ſēſuū exceſſib̄:de cogitatiōe cū moꝛoſa delectatione:de pollutione de tactib̄:oſculo:amplexu ꝛ hmōi ꝓponēdo in ſermone honeſte q̄ntum licet. Circa decimū de auaricia: de malo q̄ſtu:de alienis retentis cum deberes q̄ntotius reſtituere ꝛ hmōi. Hec ſufficiāt bꝛeuiter. Ex iſtis q̄ppe pōt q̄s plura excogitare ꝓ faciēda ꝯfeſſione.

Feria ſcd̄a dn̄ice de paſſiōe. Ser.xxxix. de pctis in ſpm̄ſctm̄ q̄ eſt ſpūs v̄itatis ꝓhibens mendaciū.

h Oc dixit.ſ.ieſus:de ſpiritu quē b accepturi erant credentes in eū Jo.vij.ꝛ in euāgelio hodierno Dn̄s Jeſus ſciens: q̄a omnis homo mendax eſt ex ſe vt dicit ſcriptura ꝛ iudeos contra ſpm̄ſanctum mendaces eſſe vt ad fidei veritatē conuerterentur ꝛ ſaluarentur deſiderabat ac ſpiritūſanctū ꝓmittebat. Jdeo ex ſūma pietate in nouiſſimo die magne feſtiuitatis: vt plures ꝯgregati audirent clamabat feruenter dicens. Siq̄s ſitit.i.deſiderat vere vite doctrinaꝫ ꝛ ſalutem veniat ad me ſcꝫ ꝑ fidē. Qui eīm credit in me flumina aque viue.i.abūdantia gratie ſpūſſancti fluent de ventre ei⁹.i. id eſt de internis p̄coꝛdijs eius redundantes per doctrinam in alios Hoc aūt dixit de ſpūſctō quē acceperunt diſcipuli in die Pentecoſtes in ſigno viſibili ſpecie lingue ignite:ad ſignificanduꝫ ꝙ eſt ſpūs v̄itatis docens oēm veritatē ꝑ mōm ꝛ odiēs mendacium. Pꝛopter qd̄ ipe de⁹ in p̄cepto decalogi ſpecialiter ꝓhibuit dicen̄. Non loquaris falſum teſtimoniū contra ꝓximuꝫ. Jn quo vt dicit Aug.ꝓhibet̄ omne gen⁹ mendacij: maxime cōtra fidem. Et ſic ꝓhibet̄ impugnatio agnite veritatis: ac conſequenter omne pctm̄ in ſpiritūſanctuꝫ :que ex illa oꝛiuntur. Nam ſpirituſſanct⁹ coꝛdiſ oꝛis ꝛ opis ac fidei req̄rit in hoīe v̄itatem. Pꝛoide ſub hoc p̄cepto octauo de p̄ceptiſ ꝯtra ſpm̄ſanctū nota tria myſteria: que in

forma vide in q̄drageſimali ſcđo Pomerij.ſ. de vicijs ſmone.xlvij.

Feria tertia dñice de paſſione Sermo xl. de mendacio quod ꝓhibet̄ eodem p̄cepto octauo.

m Undus me odit quia ego teſtimonium ꝑhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt. Joā.vij ⁊ in euangelio hodierno. Uerba ſunt dñi Jeſu q̄ inter plura documēta huius euangelij docet p̄cipue ꝙ exemplo chr̄i ipi⁹ nō curem⁹ mundanoꝝ hominū vanā complacentiā: nec eoꝝ contra nos odia quin veritatem ⁊ iuſticiam ſequamur vſq; ad mortē illa obſeruando precepta. moribus ꝟbo ⁊ vita teſtificanā. Nam dicit chr̄s. Nō pōt vos odire mūdus. me autē odit: q⁊ teſtimoniū ⁊c. Sed q̄re h̄: Huius rō Quia oē ſīle diligit ⁊ applaudit ſibi ſīli ꝑ p̄hm de ania. Et oī vero verū ꝯſonat. j. Eth. Quia ḡ mūdani hoīes ſūt mēdaces Pſ. Oīs hō mēdax. ḡ nō mirū ꝙ ſīles ſibi mēdaces diligūt. Itē alia rō. q⁊ hō verax (ſicut fuit dñs ieſus ſūme verax) redarguit ⁊ teſtimoniū ꝑhibet vita: ore ⁊ ope ꝙ fallacia ſit deteſtāda. Et q⁊ mūdani illam ſequent̄ dolent ḡ rep̄hendi. Sicut dū quis deteſtat̄ ⁊ ꝯfundit regē vel patrē aliquoꝝ tūc filij vel ſui regis illi⁹ iraſcunt̄ ⁊ dolent Rex mundanoꝝ eſt diabol⁹ q̄ eſt mēdacij pater. vt dicit̄ Jo.viij. ergo ⁊c. Et hoc eſt quod dicit chr̄s. Me odit mundus.i. mūdani homines. q⁊ ego teſtimoniū ꝑhibeo. q⁊ opa eoꝝ mala ſunt.ſ. cū diabolo dānanda. Proinde de mēdacio qđ ꝓhibet̄ hoc p̄cepto diuino tria myſteria vide in q̄drageſimali ſcđo Pomerij.ſ. de vicijs ſermone.xxxij. ꝑ totum.

Feria q̄rta poſt dñicā de paſſiōe Ser. xlj. Et ſequit̄ iā de nono p̄cepto.ſ. Nō cōcupiſces vxorē ꝓximi tui.

r Eſpōdit ieſus. Nōne ſcriptū ē in lege vr̄a Quia ego dixi dij eſtis. Joā.x. ⁊ in euāgelio hodier. Dñs Jeſus allegat ſcripturā legis dicēs. de hoīb⁹ bonis ⁊ electis ꝙ eſſent dij: nō q̄dem naturaliter ſicut chr̄s ſed ꝑ ꝑticipationē gratie diuine ⁊ ſimilitudinis. Et hec ſcriptura habet̄ pſal. lxxxj. ⁊ Exodi xx. Ex qua arguit chr̄us ꝙ ſi hoīes fideles dicunt̄ dij ⁊ filij dei. a fortiori chr̄s q̄ eſt verus deus ⁊ naturalis di filius: merito ſeipm̄ licite dicebat eſſe deū.

Sed q̄re de⁹ hūc honorē p̄ſtitit fidelibus vt dicerent̄ dij ⁊ filij dei.ſ. ꝑticipatiue niſi vt doceat in hoc ꝙ ſicut deus ē puriſſima lux. j. Jo. j. Deus eſt lux ⁊ tenebre ī eo nō ſunt vlle Ita q̄libet fidelis debet eē purus ꝓ ſuo modulo ab omni culpa tā in opere q̄ȝ in ore q̄ȝ etiā in corde. vt nulla p̄ua ꝯcupiſcētia ſit in eius corde Propterea de⁹ ꝓhibuit n̄ ſolū pct̄ā luxurie ⁊ rapine in opere: ſed etiā ꝓhibuit prauā ꝯcupiſcētiā in corde dicēs. Nō ꝯcupiſces vxorē ꝓximi tui. in q̄ ꝓhibet̄ omne deſideriū carnale illicitum ſm̄ Alexan. Proinde de ꝯcupiſcentia carnali ſcȝ luxurie: tria myſteria nota ſic habes in q̄drageſimali ſcđo.ſ. de vicijs ſmone.xxvj. ꝑ totū.

Feria q̄nta dñice de paſſione Sermo. xlij.ſ. de cauenda ꝯcupiſcentia ſenſuū exteriorū et pctō.

c Onuerſus ieſus ad mulierē dixit Simoni Uides hāc mulierē Lu.vij. ⁊ in euāge. hodierno. Chariſſimi aduertendū ꝙ in hoc euāgelio legit̄ ꝙ maria magdalena q̄ antea fuit peccatrix: ⁊ ꝑ oēs ſuos ſenſus ſe totā dederat ꝯcupiſcentie carnali: tādē ad chr̄m conuerſa de oīb⁹ ſenſib⁹ q̄b⁹ peccauerat penitētie ſatiſfactionem egit iuxta pedes dñi ieſu. Nā ꝓ offenſa oculoꝝ ex oculis lachrymas fudit. ꝓ offenſa auriū verba chr̄i diligēter iuxta pedes illi⁹ ſedēs audiuit. ꝓ offenſa guſtus tātū poſtea ieiunauit ꝙ triginta annis in heremo nil cibi corporalis guſtauit: ſed diuina dulcedine refecta fuit. Itē ꝓ odore vnguentū odoriferū chr̄i pedib⁹ obtulit. ⁊ ꝓ offenſa veſtium criniū ⁊ corꝑis ſe totā in p̄nia humiliauit: iō chr̄s eā in exēplū p̄nie ꝓponēs ſimoni ⁊ oībus pctōrib⁹ dixit. Uides hāc mulierē. q. d. Et tu ſequere eā in penitētia facienda. Proinde de cuſtodia ſenſuū ꝑ q̄s intrat cōcupiſcentia ꝯtra hoc p̄ceptum Nō ꝯcupiſces ⁊c. nota tria myſteria ex ſermone. xlvj incipiendo ſub lr̄a E: ꝓſequēdo vſq; finē vt habes quadrageſimali ſecūdo.

Feria eadē q̄nta ꝓpter occurrēs feſtū ſancti Benedicti vel Joſeph ⁊c. ſermōē q̄drageſimūtertiū poſt p̄ndiū applica de ſobrietate ad refrenandā gulam ⁊ concupiſcentiam carnis.

f Ratres ſobrij eſtote ⁊ vigilate. j. Pe.v.c. In q̄bus ꝟbis ſctūs apoſtolus hortat̄ nos ad ſobrietatem ꝯtra gulam ⁊ ebrietatē: ꝑ que maxime accendit̄ concupiſcentia carnalis que ꝓhibetur p̄dicto eodē p̄cepto. hortat̄ etiā ad vigiliā circa ſenſuum carnaliū cuſtodiā. Et ſubdit cauſam. Quia aduerſarius inquit veſter diabol⁹ querit.ſ. ꝑ vicia gule: comeſſatiōis: ebrietatis ⁊ ſenſuum exteriorū exceſſum quē deuoret.ſ. inducēdo ad mortale peccatū: ⁊ conſequenter ad eternā dānationē. Et q̄m hic ſanctus vixit ſobrie ⁊ vigilauit: vn̄ canit̄ de eo. Iſte cōfeſſor domini ſacratus feſta plebs cui⁹ celebrat ꝑ orbem hodie let⁹ meruit ſecreta ſcandere celi. Qui pius prudēs humil̄ pudic⁹ ſobri⁹ caſtus. fuit ⁊ q̄etus: vita dū p̄ſens vegetauit eius corꝑis artus ⁊c.

Hic ḡ ſub p̄dicto p̄cepto accipe ſmonē de cauenda gula ⁊ ebrietate: ſicut habes ī quadrageſimali ſcđo Pomerij. ſmōe. xxix ⁊. xxx. vide ea que tibi ex illis placent

Feria ſexta poſt dñicā in paſſiōe Sermo. xliij.ſ. de cogitatōe mala q̄ ꝓhibet̄ h̄.

a B illo ergo die cogitauerūt interficere eū.ſ. Jeſum Joh̄.xj. ⁊ ī euāgelio hodierno. Ex quo accipim⁹ ꝙ ſicut iudei cogitauerūt male vt interficerent chr̄m dominū: ⁊ hoc peſſime impleuerunt oꝑe. Sic ſpūaliter multi mali chr̄iani in ſuis prauis cogitatōib⁹ carnalibus delectati volūt occidere chr̄m dum ꝯſentiunt peccatis: ⁊ peſſime illud quod conceperunt implēt ſepe oꝑe peccati. de q̄b⁹ Apl̄s Heb̄.vj. Rurſus crucifigētes chr̄m in ſemetipſis.ſ. ꝑ prauas cogitatōes ⁊c. Proinde ex quo hoc eodem p̄cepto nono ꝓhibet̄ etiam cogitatio carnalis cum delectatōe tria myſteria declarabim⁹: de q̄b⁹ habes in parte eſtiuali Pomerij de t̄pe ſmone.lvij. ꝑ totū. vide q̄ȝtū placet ex eo.

Sabbato poſt dñicā de paſſiōe. Sermo.xlv. Seq̄t̄ iam decimū p̄ceptum. vicȝ Nō ꝯcupiſces rem ꝓximi tui

ſ Iquis mihi miniſtrat me ſequatur. ⁊ vbi ego ſum illic ⁊ miſter meus erit. Joan.xij. ⁊ in euāgelio hodierno. Uerba ſunt chr̄i ieſu: ī q̄b⁹ hortat̄ nos ad ſui ſeq̄lā ꝑ ꝯtēptū terrenaꝝ cupiditatū: q̄ ē venenū charitatis: vt dr̄ Auguſ. in li. lxxxiij. q̄ſtionū. Un̄ dr̄. Siq̄s mihi miſtrat. Lyra. obediēdo mādatis meis me ſeq̄tur ꝯtēnēdo oīa mūdana. Et q̄m benedictus deus in p̄cepto decalogi decimo.ſ. Non cōcupiſces rē ꝓximi tui: nō domū: non agrū: non bouē ⁊ omnia q̄ illi⁹ ſunt. Exo.xx. interdicit omnis rei cupiditatem vel auariciā. vt dicit glo. ⁊ Ray. in ſumma Ideo de auaricie cupiditate tria myſteria hic nota: de quib⁹ habes in q̄drageſimali ſecūdo Pomerij de vicijs. ſmone.xxxvij Uide quantum tibi placet.

Item ſub hoc p̄cepto poteris etiā ſermonem facere. de reſtitutiōe: que p̄cipitur incluſiue. De qua plures habes ſermōes in primo quadrageſimali.]

Dñica Ramiſpalmaꝝ in mane. Sermo.xlvj. Poſt decalogi precepta agendū iam ſequit̄ de p̄ceptis euangelicis. ⁊ p̄mo de remiſſione peccatorū ꝑ penitentiā obtinenda.

b Enedictus q̄ venit in nomine dñi oſanna in excelſis. Matth̄. xxj. ⁊ in euāgelio huius ſolennitatis. Hec verba cecinerūt dño Jeſu turbe dū intraret ī Hieruſalē die ipa palmarū q̄ canit eccl̄ia vt doceat q̄lit̄ debeamus chr̄m laudare p̄ſtim ꝑ h̄ t̄pe iminēte.ſ. paſcali ſi volum⁹ remiſſionē pctōꝝ nr̄oꝝ obtinere ⁊ ſaluari. Quia p̄mo debem⁹ chr̄m recognoſcere ⁊ cōfiteri ore ꝙ ipe ē bn̄dict⁹ ⁊ nos tāq; pctōres optamus ab eo benedictionē conſeq̄.ſ. remiſſiōis pctōꝝ ꝑ p̄niam Ad quā tenemur ꝑ his t̄pibus ex eccleſie p̄cepto. ideo dicit̄ in hac laude. Bn̄dict⁹ q̄ venit ⁊c. Et h̄ oēs chr̄icole canūt hodie.

ꝑ oꝛa clericoꝝ.q.d. Tu Jeſu bone es benedictus: ideo de tua largitate dona nob̄ benedictōem tuā remittēdo pctā noſtra cōfitentib⁊ ⁊ grām infundēdo. Scḋo debemus ipm̄ cognoſcere fide ⁊ ꝯfiteri oꝛe ꝙ ipē eſt vere deus ⁊ homo q̇ venit i mundū. Jdeo ibi ſubdit. Qui venit.ſ.in mūdū in noīe dn̄i.i.vera deitate. Tertio debemus optare ⁊ exoꝛare vt det nob̄ ſalutē etnā in excelſis ſue btitudinis ꝑticipes faciēdo.ideo ſubdit. Oſanna. Lyra. i.obſecro ſaluifica in excelſis.i.i celeſtib⁊. Et qm̄ ad hec cōſequēda vt veniat.ſ.chr̄s in mentez noſtram per gratiam: ⁊ vt digne vēiat etiam in nos ſacramētalit in eucharistia quā tenemur his diebus ſuſcipe. ⁊ vt remittat pctā ac cōferat ſalutē eternā: opꝫ nos implere p̄cepta dei ⁊ chr̄i Jeſu in euangelio tradita. De q̇b⁊ iam reſtat poſt decalogū agere. Jdeo de illis p̄ceptis euāgelicis pſeq̄ndo primo p̄dicabimus de p̄cepto penitētie. Et q̄ de pn̄ia aliq̄ in p̄cedentibus egimus reſtat hic loqui tm̄modo de h̄.ſ. quō ꝑ pn̄iam remiſſionē conſeq̄mur pctōrum. Un̄ de remiſſione pctōꝝ nota tria myſteria: de q̇b⁹ habes in quadrageſima li ſecundo: ſmone.l.

Dn̄ica eadem Ramiſpalmaꝝ poſt p̄ndium Sermo .xlvij. de p̄ceptis euāgelic; enumerandis ⁊ breuiter pſeq̄ndis.

Humiliauit

ſemetipm̄.ſ.dn̄s ieſus fact⁹ obediens vſq; ad moꝛtē. verba ſunt Apl̄i ad Phil.ij. ⁊ eccl̄ia canit in epl̄a hodierna: vt exēplo chr̄i ⁊ nos diſcamus humilit obedire omnib⁊ mandatis dei ſicut ⁊ tenemur. Ad obediendū autez inducit nos dn̄s Jeſus tripliciter. Primo dulci admonitōe ⁊ pmiſſione. Jo.xiiij. Si diligitis me mādata mea ſeruate. qui habet mandata mea et ſeruat ea ille eſt q̇ diligit me ⁊ diliget a patre meo: ⁊ ego diligam eū: ⁊ manifeſtabo ei meipm̄.ſ.in beata viſione. Scḋo cōminatōe. Jo.xvij. di. Nemo ex eis.ſ.diſcipul ꝑijt niſi fili⁹ ꝑditōis.ſ. Judas.q.d. Jlli ſoli ꝑibunt i eternū q̇ nō diligunt me mandata mea ſeruādo. Tertio exēplificatōe.ſ.in omi creatura: q̄ oīa deo obediūt p̄ter ſolū hominez malū ⁊ diabolū. Et inſuꝑ exemplū dedit in ſeipo: factus obediēs vt patuit. Proinde de p̄ceptis chr̄i in euangelio traditis poſtq̄ egim⁹: de p̄ceptis decalogi iā agēdū reſtat vt xp̄ıanus ſciat q̄lit obligat: ⁊ d̄ trāſgreſſiōe pn̄iaz agat notem⁹ tria myſteria.

Primū d̄r ſuꝑadditōnis

Scḋm d̄r enumeratōnis.

Tertiū d̄r obligatōis C

Circa p̄mum queritur

ex quo ad ſalutē ſufficit chr̄iano obſuatio decalogi. Mat.xix.c. Si vis ad vitā ingredi ſua mādata. q̄re ḡ p̄ceptis decalogi debuerūt i euāgelio ſuꝑaddi aliq̄ p̄cepta ⁊ etiā cōſilia: Rn̄detur ſm Tho. prima ſecūde.q.cviij. ⁊ Antoninū.j.pte ſūme.ti.xv. ⁊ Lyrā ſuꝑ Mat.v.ꝙ vna ratio accipit ex parte finis. quia vetus lex erat ſeruilis timoꝛis: nec introducebat in hereditatem.i.ad finē eterne btitudis. vt patꝫ d̄ oībus patribus ſanctis illius veteris teſtamenti: qui nō ꝑueniebant ad viſionē deitatis niſi poſtea ꝑ chr̄m qui aperuit ianuā in moꝛte ſua. Opoꝛtuit ḡ ꝙ in noua lege que eſt lex libertatis ⁊ amoꝛis imediate introducens in beatitudinē ſuꝑadderent cōſilia ꝑfectōnis: ⁊ p̄cepta euāgelica neceſſaria ad conſequendū finem beatitudīs eterne. Alia ratio ex imꝑfectiōe veteris legis: quia cū eſſet illa imꝑfecta opoꝛtebat vt a chr̄o ſuppleret imꝑfectio ei⁹ ꝑ legē nouaz Un̄ Oꝛige. in home. ſuꝑ Mat.v. dicit ꝙ imperfectōnem legis euangeliū adimpleuit Nam populo ifirmo veteri rudi dictū eſt. Diliges ꝓximū tuū ⁊ odio habeb̄ inimicū. Sed ꝑfectōis mgr̄ quod ꝑfectius eſt dicit. Diligite inimicos veſtros. Exemplū accipit. Sicut ei videm⁹ ꝙ pueri ſub pedagogo: ⁊ ſic ſub timoꝛe ⁊ diſciplina p̄us cuſtodiunt. ⁊ minoꝛa documēta ⁊ p̄recepta eis iponūt. nec in hereditatē poſſidēdā lꝫ ſint dn̄i illaꝝ inſtituūt. ſed poſtq̄ fuerint adulti ⁊ ꝑfectioꝛis etatis altioꝛa eis dant documēta ⁊ p̄cepta a p̄re vt hereditatem filijs debitam habeant. ſic (vt dicitur ad Galat. iij.) Lex pedagogus noſter fuit in chꝛiſto. id eſt regulatiua ſtatus puerilis diſponens ad virtutem. id ē ad chr̄iſtum ⁊ ad hereditatē celeſtē ꝑ chr̄m habē

dam.ḡ ⁊c̄. Tertia rō ex ꝑte ꝓmiſſionis. q̄ vet⁹ lex ꝓmittebat ſolū tꝑalia bona obſeruantib⁊. Deute.xxvj. ſed lex chr̄i ꝓmittit grām ⁊ gl̄iam celeſtē. vn̄ Aug. in hom̄. de martyrib⁊ d̄r. Nec miꝝ eſt ꝙ data ſunt p̄cepta maioꝛa.ſ.in euāgelio ꝓpt regnū celoꝝ: ⁊ minoꝛa data ſūt ꝓpter regnū terrenū ab eodē vno deo q̇ fecit celuz ⁊ terrā Quarta rō d̄r declaratiōis: vt.ſ.ſanū intellectū p̄ceptoꝝ declararet: ⁊ erroꝛez iudeoꝝ circa ea excluderet. vt d̄r Ly. vbi.ſ. Nā notat ꝙ ad ꝯſecutionē ſalutis ſufficit inq̄t obſeruatio mādatoꝝ decalogi. vt d̄r ſaluatoꝛ Matth.xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata Et h̄ intellige dū talis hō ſit in vera fide chr̄i ⁊ obediētia eccl̄ie: ſacra noue leg̃ volēs ſuſcipe ⁊ tenet: vt nō ꝯtēnēs ⁊ iō inq̄t Noua p̄cepta moꝛalia ſaluatoꝛ nō dedit: ſed p̄cepta decalogi replicauit ⁊ ad obſeruationē illoꝝ hoīes induxit ⁊ obligauit: tn̄ appoſuit aliq̄ q̇ verū intellectuz illoꝝ declararent: ⁊ erroꝛes iudeoꝝ circa h̄ excluderēt. vt ſic iuxta euāgeliū i fide chr̄i obſeruantes hoīes ſalui fierent. Et ſic patet de p̄mo. DD

Circa ſcḋm q̄rit: q̄t ſūt

genera p̄ceptoꝝ euāgelicoꝝ: Rn̄detur ſm Aſtex.li.j.ti.xliij. ⁊ fratrē Angel. in ſumma. alioſq; colligēdo: ꝙ q̄dā ſunt ſpecialia reſpectu perſonarū p̄ſidentiū: vt illa q̄ ſpecialiter data ſunt apl̄is Matth.x. que hic omitto. Sūt alia quedā generalia reſpectu omniuz chr̄ianoꝝ: que ſaltē ſm genera enumerabimus. Primū p̄ceptuz ⁊ fundamentale eſt catholicā fidez habere ⁊ baptizari velle Marci vlti. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit ſalu⁹ erit. q̇ v̄o nō cre.⁊c̄.

Scḋm eſt pn̄iam de peccatis agere in ꝯtritione: confeſſione ⁊ ſatiſfactiōe Mat. iiij. Penitētiā agite appꝛopinq̄bit em̄ ⁊c̄. Et Luc.xiij. patet. Tertiū eſt decalogū implere ſano intellectu ſine oī erroꝛe. ſicut chr̄s dn̄s expoſuit: vicꝫ ꝙ illo p̄cepto Non occides ꝓhibet etiā inoꝛdinata ira: inuidia odiū ⁊ h̄mōi. Et ꝙ tenemur recōciliari ꝓximo leſo Matth.v. Jtē ꝙ in p̄cepto Nō mechaberis: ꝓhibet oīs ꝯcupiſcentia tam coꝛdis q̄ oculoꝝ ⁊ vxoꝛis dimiſſio ac oīs occaſio mechie. Jtē ꝙ illo p̄cepto Nō peierabis: ꝓhibet oīs iuratio ſine cauſa. Jtem ꝙ illo p̄cepto Diliges ꝓximū: tenemur diligere inimicos: ⁊ ꝙ ꝓximo veniā petēti dimittere debem⁹ in coꝛde ſaltē rācoꝛē et ſig̃ rācoꝛis. De p̄dictis Mat.v. ⁊ plib⁊ paſſib⁊ euāgelioꝝ. Quartū p̄ceptū ē deum vera charitate amare: ⁊ ſic ab omi pctō moꝛtali cauere. Matth.xxij. Diliges dn̄m deū tuū toto coꝛde: tota aīa ⁊c̄. Et h̄ intelligit quo ad oim̄ ꝯrioꝝ charitati.i.pctōꝝ moꝛtaliuz excluſiōez ſm doc. Proinde chr̄s i euāge. ſingillatim p̄cepit ꝯ ſingula pctā moꝛtalia ꝑfectā cautelā. puta ꝯ ſuꝑbiā hypocriſim ⁊ vanā gl̄iam Mat.vj. dixit: Attēdite ne iuſticiā vr̄am faciat̃ corā hoīb⁊ vt videamini. Jtē ꝯ auariciā Mat.v. Nolite theſaurizare in terra ⁊c̄. Jtē contra luxuriā cōſuluit caſtitatē v̄ginalēq; mūdiciā. Jtez ꝯ irā patiētiā ꝑfectiſſimā di. Siq̇s te ꝑcuſſerit in maxilla vna p̄be alterā. ⁊ ſiq̇s tulerit tunicā da ei ⁊ palliū: ⁊ h̄mōi. Et hec ſꝫ Auguſt. ſunt de p̄cepto q̇ ad animi p̄ꝑatōem. vt ſcꝫ nolit q̇s ꝓpt talia illata moꝛtalit peccare in ira vel odio. aliter nō eſt de p̄cepto ſed de cōſilio: ad q̇ḋ hō non tenet. Jtē contra gulā Lu.xxj. Attendite ne foꝛte ꝑuent coꝛda vr̄a crapula ⁊ ebꝛietate. Jtē ꝯ inuidiam ⁊ odiū p̄cepit etiā inimicos diligere et nō iudicare temerarie. Mat.vij.c. Jtē contra acidiā Lu.xviij. Opoꝛtꝫ ſemꝑ oꝛare et nō deficere. ⁊ h̄ obligat tꝑib⁊ deputatis. Quintū p̄ceptū eſt ꝓximū diligere ſm equitatē iuris nature. Lu.vj. Prout vult;. Lyra. rōnaliter. vt faciāt vobis hoīes ⁊ vos facite ⁊c̄. in caſu neceſſitatis eſt p̄ceptū. Sextū eſt miſericoꝛdie oꝑa exercere. Lu.vj. Oi petēti te tribue. ⁊ hoc in extrema neceſſitate ꝓximi tenet q̇s ex p̄cepto. Septimū eccleſie p̄ceptis obedire. Mat.xviij. Si eccleſiam nō audi.⁊c̄. Octauū ſacr̄a ꝓ loco et tꝑe ſuſcipe. ptꝫ de cōione ⁊ alijs Nono ꝑſeuerare vſq; i finē i ſtatu gr̄e. Matth.xxiiij Qui ꝑſe. vſq; i fi. h̄ ſal. e. Et ſic ptꝫ EE

Circa tertium de obligatōe

nota regulas. Pria ꝙ hō chr̄ian⁹ obligat ad p̄cepta ſꝫ nō ad ꝯſilia euāgelica vt cōit obſuāda. Ptꝫ ꝑ Aug.xiiij.q j.ca. Quod p̄cipit inq̄t impat. ⁊ hoc neceſſe eſt fieri: ſi non fiat penā habet. Sed conſilio.

dñi ſi vti nolueris minus boni adipiſceris. Secūda regula ꝙ cōſilia euāgelica obligāt quēlibꝫ ſaltē ad nō ꝯtēnēdū. Tertia regula ꝙ cōſilia euāgelica obligāt ad iplēdū eos ſolū q̄ ſe voto aſtrinxerūt ad aliq̄ illorū. De his vide in q̄dragesimali ſecūdo. ſcꝫ de vicijs. ſermone. xiiij. M N ꝛc.

Feria ſc̄da dñice de ramis Ser. xlviij. d̄ charitate que eſt finis omniū p̄ceptorum.

d Omus impleta eſt ex odore vnguenti. Jo. xij. ꝛ in euāge. Sicut dicit Bern. Vnguētū deuotōis ꝛ pietatis eſt deo gratiſſimū ꝛ ſanctis angelis ac beatis. Vñ ſponſa chriſti ꝛ eccl'ia orans canit illud Canti. j. Trahe me poſt te. ſ. p amorem. qꝛ anima amore trahit̄ q̄cunqꝫ trahit̄. vt dicit ſanctus Aug. Subditur. Jn odorē vnguētoꝝ tuoꝝ currim⁹ Et qꝛ Magdalena hmōi vnguēto vnxit pedes Jeſu: ideo dicit̄ hic ꝙ domus. ſ. eccleſie militantis ad imitandū: ꝛ triūphantis ad ꝯgratulandū impleta eſt. vt patꝫ i euangelio. Exquo aūt finis omnis p̄cepti charitas eſt: vt dicit Ap'ls. j. Timo. j. ip̄a eſt etiā radix ꝛ fundamentū ac plenitudo legis: vt dicit idem Rho. xiij. quia oē p̄ceptū ꝛ lex ad id ordinat hominē vt deum diligat hō. qua. ſ. charitate anima vnitur deo q̄ eſt finis vltim⁹. Unde d̄r charitas q̄ſi chara vnitas. ꝓpterea iam p⁹ o ia p̄cepta ſequit̄ agendū de charitate. De q̄ p iſto ſmōe nota tria myſteria que hab es i ꝑte eſtiuali Pomerij d̄ tꝑe. ſer. xv. ꝑ totū

Feria tertia dñice de ramis. Ser. xlix. de predilectōne charitatis a deo ꝛ mirificatione.

n Os aūt gl'iari optet i cruce domini noſtri Jeſu chr̄i. Hec verba ſancta eccl'ia canit hodie in introitu miſſe. ꝛ accipiunt̄ ab apoſtolo Gala. vj. Jn q̄bus docemur que ſit ſūma gloria chriſtiana. ſ. crux chr̄i. Sed quare hoc niſi qꝛ ꝑ hāc oñdit de⁹ nob̄ ſūmā charitatē q̄ aiam ſuā poſuit. p nob̄. ſicut dicit Joan. xv. vt nos deū reamaremus. quia vt dicit Bern. Siue p̄cipiēdo ſiue caſtigando: ſiue benefaciēdo ſiue pmittendo h̄ ſolum requirit de⁹ vt diligat̄: ſolue tributū amoris ꝛ noueris deo ſatiſfactū. Hec ille.

Proinde tria myſteria notabim⁹ in hoc ſmnone de charitate vicꝫ.

Primū de dei p̄acceptatiōe.

Sc̄dm de ei⁹ mirificatiōe

Tertiū de ei⁹ adq̄ſitiōe

De q̄bꝫ ꝑte eſtiuali ſup̄ ſermone. lij. X. ꝛ ꝯſequenter.

Feria q̄rta eiuſdem dñice. Sermo. l. de eadem charitate.

t Radidit in mortē animā ſuaꝫ. Eſaie. liij. ꝛ in ep'la hodierna. Dñs ieſus intātū nos amauit ꝙ tradidit p nobis animā ſuā in mortē. Propterea Aug. d̄r. Si piget amare. ſ. deū: ſaltē pudeat nō reamare p tanta charitate q̄ nos miſeros tantuꝫ dilexit vt vnigenitū ſuū p nobis in mortē daret. Deīde de ip̄a charitate p̄ter p̄dicta adhuc tria myſteria notabim⁹.

Primū d̄r cōmēdatiōis

Sc̄dm indiminutiōis.

Tertiū augmētatiōis

De q̄bꝫ in forma vide ꝑte eſtiuali Pomerij ſmone liiij. ꝑ totū.

Feria q̄nta ſermonē optet facere de cōione. Deniqꝫ tā de hac q̄ꝫ de ſeq̄ntibꝫ diebꝫ plīmos ſmōes vide i ꝑtibꝫ alijs p̄cedētibꝫ

Pomeriū Sermonū Quadrageſimalium tripꝑtitoꝝ ꝑ Religioſum deuotūqꝫ patrē: ſacre pagine pfeſſorē eiuſdēqꝫ ſatorem zeloſiſſimū: fratrē Pelbartū de Themeſwar Ordinis Minoꝝ de Obſeruātia: cōpendioſe redactū:

Impenſis circūſpecti viri archibibliopole Joannis Rynman de Oringaw: i officia induſtrij Hērici Gran Ciuis in impiali opido Hagenaw accurate impſſum Anno ꝟginei part⁹ M. D. ꝛ. iiij. Kal. xvj. Martij. finem adeptū eſt feliciter.

Peybal
to.

1504 - 16 Martij - ye sea
uio s obre la 4 de las sent.as

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA